

1662 25 7 669
DISSERTATIO

JURIDICA 8

De
NEGLIGENTIA,

Quam
Consensu & Autoritate Magnifici Jctorum
Ordinis in Academia VVittebergensi
Præsides

Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo

DN. CHRISTIANO KLENGELIO

J. U. D. ac Professore Publico celeberrimo, Curiaë Ele-
ctoralis Consistorii Ecclesiastici Scabinatus, &
Facultatis Juridicæ Adessore

Gravissimo,

Dn. Præceptore, Promotore ac Patrono suo
plurimum Observando,


Publicæ Eruditorum Disquisitioni offert

CHRISTIANUS ERSCHLIUS,

Hall. Saxo.

A. & R.

Ad diem April.



WITTEBERGÆ,

Ex officinâ Typograph. MICHAELIS Wendt,

Anno M. DC. LXII.

DISSERTATIO

JURIDICA

NEGLECTIVIA

Consilii & Auctoritate Magistrorum
Ordinis Academiae Vindobonensis

habita

Dr. CHRISTIANO KLENGLIO

Mag. D. et Prof. Publico celeberrimo, Curae

Mag. D. et Prof. Publico celeberrimo, Curae

Dr. Praeceptoris honoratissimi, Præfatus

Dr. Christiano Klenoglio

Mag. D. et Prof. Publico

Mag. D. et Prof. Publico

Mag. D. et Prof. Publico

Mag. D. et Prof. Publico celeberrimo, Curae

Mag. D. et Prof. Publico celeberrimo, Curae

Mag. D. et Prof. Publico





670

Proœm.

Procelloso Juris pelago cymbam committere
cernas quam plurimos, sinuosos flexus præter-
navigantes haud ita multos. Quosdam enim ita
abducit præcipitantia, ut, antequam vela in altum dede-
rint, cursum minentur; parum ab similes illis avicula-
rum pullis, qui antequam primæ eruperunt plumæ, vo-
latui se credunt, aut tenellis caprorum foetibus fronte
ferientibus, dum tamen adhuc cornua inter callum de-
litescunt. Sunt qui spirante etiam faventissimâ blan-
dientis Favonii temperie, cum navigare possent, naviga-
re tamen recusant: obstat enim otii dulcedo, quâ mi-
selli isti capti, cras cras admodum infeliciter ingemi-
nant; haud cogitantes, quod negligentia propria semper
noceat, *Cardin. Tusch. practic. conclus. Tom. 5. lit. m. conclus. 36.
per totam. & ex negligentia jus suum amittant! cap. 1. extr.
de appellat.* Aliud alii, & nescio quid, obtrudunt. Ego,
qui nunc & ipse carbasa committo ventis, cui sim adscri-
bendus parti, non expecto. Negligentiæ certè tantum
abest, ut Sacramentum sim daturus, ut odio potius Vati-
niano & Osiride saviori eam ipsam, utpote eruditionis
novercam *cap. ult. dist. 83.* me prosequi ingenue confitear.
Id quod etiam hîc me ostendisse autumo, siquidem pri-
mas ingenii vires circa hanc ipsam explodendam & sub
disputationis incudem revocandam periclitari placuit.
Fateor, me omnia exactè tangere haud valuisse. Nihil
enim unquam simul effloruit & simul maturuit. Nihi-
lo tamen secus materiam hanc amplissimam angustis
thesium cancellis, quoad ejus fieri potuit, hîc exhibui;
omnia tamen Laconum Minervâ: memor illius Poetæ:

Est aliquid prodire tenus, si non datur ultra.

Sit itaque, quod felix sit.

A 2

Th. 1.



Thes. I.



Um omnis, quæ ratione suscipitur, de aliqua re institutio, debeat à definitione proficisci, teste Tullio. lib. 1. offic. ut intelligatur, quid sit id, de quo disputatur; exordiemur i. de definitione, ejusq; divisione. Deinde rem ipsam tractabimus.

Th. II.

Definitur autem Negligentia, quòd sit ommissio ejus, quod fieri potest, ac debet. Hanc definitionem explicat Paulus Jctus in l. 121. d. R. J. ibi: Qui non facit, quod facere debet, is pœnam prohibitionis æquè meretur, atq; qui facit id, quod facere prohibitus est. sic qui rem sibi commissam expedit, pœnam non subit, sed is qui negligit. Exemplum habemus in l. 4. que in fraud. cred. ibi: in fraudem creditorum non tantùm facere eum, qui alienat, quod habet, sed etiam, qui servitutibus non utitur, & sic non utendo admittit jus illud, quod sibi debetur. Negotia enim vigilantè sunt peragenda l. 21. C. mand. Vigilantibus & non dormientibus jura subveniunt. l. 7. §. 7. l. 24. vers. quid ergò ff. que in fraud. cred. l. 16. ex quib. caus. maj. Et quilibet diligens esse debet, non negligens in officio suo. l. 6. §. 4. de excusa l. 3. C. de Off. Pref. Prætor. Oriens. ideoque non immeritò culpæ eorum adscribendū est, qui negligentiores in officio suo fuerint. l. 14. de Off. Præs. Missâ hic vocis Etymologiâ, Homonymia & Synonymia, quæ alias præmitti solent, sine ulteriori ambage ex Areopagitarum lege, ad ipsam statim divisionem progredi operæ duximus pretium.

Th. III.

Dividitur autem in Magnam, medioerem & Minimam: æquè ac culpa. Magna negligentia est, si quis non adhibet eam diligentiam, quam omnes communi sensu præditi homines adhibere solent: vel: qui non intelligit, quod omnes homines sanæ mentis intelligunt. l. 213. §. ult. de V. S. v. g. qui ædium ostia noctu aperta reliquit, ut quivis recto pede intrare possit. Vocatur variè. in l. 1. §. 5. in fin. ff. de O. & A. & l. 226. ff. de V. S. magna. in l. 6. de jur. & fact. ignor. nimia gl. ad l. 213. fin. de V. S. manifesta gl. fin. in l. 2. C. arbitr. tut. crassa. Videatur Excell. Struv. in Exercit. exerc. 19. Th. 18. Mediocris sive consveta est, (ut in l. 22. §. 3. ad SCI Trebell.)

671
bell.) si quis non adhibet eam diligentiam, quam diligentes patres. adhibere solent, l. 35 §. 4. ff. de contrab. emtil. 14. de pignor. action. v. g. si creditor rem sibi pignori datam non custodiat à corrosionem murium, quod diligens pater. facere non solet. Minima est, quando quis omittit eam diligentiam, quam attentissimus & vigilantissimus quisq; pater. adhibere solet. l. 1. §. 4. vers. is vero de O. & A. v. g. si quis rem apud se depositam, foribus dextrè quidem conclusis, non autem remotâ clavi, neq; experimento, utrum etiam firmiter sint obserata, facto, incubiculum dimiserit; jam verò contingat, furem qui datâ occasione illuc irreperit, rem depositam abstulisse. Quâ in re cautiorem se præbuisset pater. diligentissimus.

Th. IV.

Absolutâ nunc *παίδεια* seu introductione, ad *πραγμάτεια* f. rem ipsam progredimur. Ex l. 5. §. 2. ff. commod. & l. 23. de R. J. fluunt tres Regulæ, quæ in omnibus contractibus veniunt observandæ. Prima regula est de dolo præstando: quoties in contractibus dantis tantum versatur utilitas, dolus solum præstat: ut in deposito & precario. Excell. Struv. exerc. 19. Th. 36. Altera est: Quoties utriusq; gratia contrahentis celebratur contractus, præstat levis. Ut: emtio venditio, locatio conductio, dotis datio, pignus, societas, &c. Tertia est: si contractus sit tantum accipientis gratia, præstat culpa levissima, ut in commodato. Verum nulla regula tam est certa, quæ non quandoque possit subverti. l. 202. de R. J. Ita nec allati canones firmo semper stant talo: dispiciendum igitur erit nobis, quid in singulis tam realibus quam consensualibus veniat præstandum, & limitationes, quæ afferri poterunt, in medium producentur.

Th. V.

Primo loco venit mutuum. In hoc autem contractu cum ne unus quidem de negligentia reperiat textus, tribus tantum, quod dici consuevit, verbis de eo agetur. Jam nemini non est obvium, mutuum eò, quò acceptum, momentò fieri accipientis, eumque reddi dominum. pr. J. quibus m. re contrab. obl. l. 1. §. 2. de O. & A. Re igitur, quocumque etiam casu, amissâ, datum tenetur reddere, l. 3. de Reb. cred. Ratio tùm, quia res perit suo Domino

*l. 12. C. de locat. l. 5. 6. 8. 9. C. de pig. act. tūm, quia debitor mutui
genus debet. l. 2. pr. de Reb. cred. quod nunquam perit. Quod e-
nim in genere debetur, perire non potest, §. 2. J. quibus m. re con-
trah. oblat. l. 1. §. 4. de O. & A. Et hæc de mutuo.*

Th. VI.

Progredimur hinc ad commodatum. Hic quidem res tan-
tūm datur utenda, Dominium tamen non transfertur *l. 8. & 9. ff.
commod. rem ergo ipsam restituere tenetur. §. 2. J. quibus m. re contrah.
oblig. l. 2. in pr. de Rebus cred.* Dicitur in *in Th. 4.* in commodato
præstandam venire minimam quoque negligentiam *l. 18. com-
mod. §. 2. J. quibus m. re contrah. oblat. l. 1. §. 4. de O. & A.* quando con-
tractus fit gratiâ saltem accipientis *l. 5. §. 2. ff. comod. nempè si res in
commodatum, ut nostro consulatur usui, accipiamus, idque pro-
priè appellatur commodatum.* Econtrariò quando fit dantis,
v. g. si sponsus sponsæ commodat ornamenta, ut honestiùs ad
se ducatur, vel: si prætor ludos exhibiturus, vestes scenicis
dederit utendas, ultrò non rogatus, præstatur magna negligentia,
*d. l. 5. §. 10. Commodatur nonnunquam gratia communi, & tunc
præstanda venit consveta v. c. Si Sempronius & Cajus convivantes
aliquem, qui utrique esset familiaris, vocassent ad epulas, Cajus
verò curæ rem sibi istam fore dixerit, illò supellectilem commo-
dante argenteam, cajus tamè per negligentiam pars aliqua fuerit
deperdita, ejus tenebitur. l. 18. vers. at si utriusq; ff. commod. Schneid.
ad §. 2. J. quibus mod. re contrah. oblat.* Et rectè præstanda venit mi-
nima, in casu, quando commodatum fit gratia accipientis. Nam
commodatarius talem debet adhibere diligentiam, qualem quis-
que diligentissimus pateret. in suis rebus adhibet. *l. 18. commod. ne
res damnum capiat l. 5. §. 4. l. 18. pr. commod. l. 1. §. 4. de O. & A.
ut: si ex incendio similive casu sine culpa suâ exorto res suas com-
modatis prætulit, eo nomine teneatur. d. l. 5. §. 4. ff. commod. Secus
autem si commodatarius casum vel periculum in se receperit, tum
enim propter legem contractus tenebitur de casu fortuito, l. 1. C.
commod. l. 9. §. 2. l. 13 §. 5. ff. locat. Matth. Coler. p. 1. decis. 7. n. 24. An-
ton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 33. n. 1. Contractus enim ex conven-
tione legem accipiunt, l. 1. §. 6. depos. l. 43. de pact. l. 52. de V. O.
l. 34. de R. J. c. 85. de R. J. in 6. vel; quando negligentia, vel mo-
ra ca-*

672
ra casum fortuitum præcesserit: v. g. si quis pocula argentea ad
coenam parandam commodata peregrè secum portaverit. vel: si
quis equum ad vecturam commodatum ad bellum duxerit, l. 5. §. 7.
l. 18. vers. quod autem. ff. commod. Quæritur hic: an etiam pactum
se extendat ad casus insolitos. Et affirmatur per l. 78. §. ult. de
contrab. emt. ibi: is qui vendidit frumenta in campis existentia,
promisit emtori se præstaturum id, quod vis ac tempestas mala
damni attulisset, eum teneri ex hac promissione, si damnum nives
immoderate intulerunt, & contra consuetudinem sævientes. Pro-
batur etiam ex l. 9. §. 2. ff. locat. ibi: standum esse pacto, si quis lo-
caverit fundum, ut etiam si quid vi majore accidisset, hoc ei præ-
staretur. Nobiliss. Carpz. part. 2. Constit. 26. def. 8. & Const. 37.
def. 17. Nobiliss. Struv. Exercit. 24. Th. 17. Zæsius ad ff. in tit. locat.
cond. n. 31. Busius ad ff. in l. 15. ff. locat. Diss. Gail. 2. obs. c. 23. n. 18.
Limitationem Carpz. d. l. def. 8. tamen adducit nempe in casu pla-
nè inusitato, qui fortè mille annis semel contingat, de quo contra-
hentes non cogitarunt. Vide Bernh. Grav. lib. 2. concl. 23. consid. 4.
num. 6.

Th. VII.

Tertiam nunc aggredimur contractuum realium speciem,
nempe Depositum. Fit illud gratuito l. 1. §. 8. & 9. ff. depos. ne-
que Dominium transfertur, neque possessio l. 17. §. 1. ff. depos. l. 6. C.
de donat. inter vir. & uxor. Obligatur itaque ex re deposita is,
qui depositum accepit §. 3. ff. quib. m. re Con. obl. (1.) ad eandem
tem restituendam in specie l. 2. de reb. cred. l. 5. §. 1. de O. & A. (2.)
ob dolum & magnam negligentiam l. 5. §. 2. commod. l. 1. §. 8. &
§. ult. depos. l. 1. C. eod. l. 14. §. 3. defurt. (Notabis hic latam
culpam subdolo contineri in contractibus l. 2. C. de in lit. jur. non
verò indelictis. gl. quia ista in l. 17. §. 1. de susp. tut. Lata culpa enim
non perinde punitur ut dolum, ut ostendit Paulus JC. in l. 7. ad L.
Corn. desicar. & Ulpian. in l. 50. §. ult. de furt. & l. 3. §. 1. de Injur.
videatur Schneid. ad §. 3. ff. quibus mod. re contrab. obl. n. 13. Ali-
quando tamen etiam indelictis, ubi agitur civiliter arg. l. 1. §. 2. si is
qui testam liber esse.) Non autem ob consuetam, si scilicet in rebus
suis curandis sit ignavus, & eodem modo res alienas curet. §. 3. ff.
quib. m. re c. obl. l. 32. ff. depos. Si autem sit diligentissimus, in ali-
enis

enis rebus adhibere non debet eandem curam *d. l. quod Nerva 32. de pos. Treutl. vol. 1. disp. 26. Th. 2. lit. c. Locam q. 285.* minorem autem præstare alienis non potest diligentiam quam in suis. *d. l. quod Nerva 32. ff. de pos. v. g. si rem penes sed depositam negligenter in scamno jacere sinat, cum suas res in arca includeret, fraude non caret.* Constat ex dictis & regulâ suprâ allegata prima in *Th. 4.* quod tantum teneatur ad dolum & negligentiam magnam. Ratio: quia nullam habet utilitatem ex deposito, & fit gratia deponentis, sibi que imputari debet qui negligenti homini rem custodiendam commisit. *§. pen. §. quib. m. re cont. obl.* Fallit: si pretium acceperit, *l. 5. §. 2. ff. commod. vel si expressè conventum sit l. 1. §. 6. §. 35. de pos. l. 1. C. de pos.* Aut depositum gratia ipsius factum sit, v. g. si pecuniam in eum finem acceperit, ut uteretur tanquam mutua *l. 4. pr. de reb. cred.* Tenetur etiam de interitu rei in casu, ubi negligentia & mora casum fortuitum præcesserit. v. c. si quis rem apud se depositam peregrinè secum portans in latrones incidit *Excell. Struv. exercit. 21. Th. 37.*

Th. IIIX.

Ulpianus in *d. l. 23. de R. J.* subjungit materiam Precarii, incumbet itaque etiam nobis ut, quid in eâ observandum veniat, paucissimis videamus. In precario occurrit dolum & magna negligentia. *l. 8. §. 3. ff. precar.* Ratio quia nulla propemodum utilitas est ejus, qui precario rogavit, siquidem liberum est revocare id, quod dedit, quocumque tempore voluerit, ut apparet ex descriptione precarii in *l. 1. §. 2. ff. precar.* *Rittersh. ad l. 23. de R. J. c. 5. de precar.* sibi enim imputare debet, si ab homine negligente precarium tempestivius non revocaverit. Alia ratio patet ex *l. 14. §. 11. ff. de furt.* quia precarium simile est donato. Nemo autem rationem reddere debet cuiquam rei suæ vel sibi donatæ, quamvis negligenter administravit. *arg. l. 21. C. mand. l. 8. §. 3. l. 14. ff. precar.* Post interdictum tamen si moram quis facit, in precario venit etiam negligentia mediocris & omnis causa. *l. 8. §. 6. vers. plane ff. precar.*

Th. IX.

Ultima species contractuum Realium est Pignus. Creditor, qui pignus accepit, obligatur re *§. ult. §. quib. m. re contrab. obl. l. 1. §. 6.*

l. 1. §. 6. de O. & A. & adhibere debet exactam diligentiam, §. 4. J. d. t. l. 14. de pign. act. l. 9. §. 5. de reb. auct. Jud. possid. damnumque negligentia datum resarcire, l. 7. C. de pign. act. v. c. si rem pignori datam à corrosione murium non seruet integram, d. l. 14. de pign. act. non verò minimam. Ratio peti potest ex Reg. 2. th. 4. proposita. Neque obstat l. 13. §. 1. de pign. act. Videatur Struv. Exerc. 19. th. 47. Quòd si verò pignus sine negligentia creditoris amissum fuerit, creditum suum nihilominus repetere non prohibetur. §. ult. J. quib. mod. re. cont. obl. l. 5. l. 6. l. 9. C. de pign. act. Secus autem de Jur. Saxon. per text. LandR. lib. 3. art. 5. sub fin. Quæ dispositio Juris Saxonici in ditionibus Electoris Saxon. ab Illustris: Elect. Saxon. Augusto p. m. sublata est in Novell. suis part. 2. Const. 26. §. Weil aber: ibi. So wollen wir auff untermählig Erinnerung unferer verordneten die Disposition des Sachsen Rechts in diesem Fall hic mit auffgehoben / denselbigen derogiret / und darneben geordnet haben / daß fortan nach gemeinen Käyserlichen Rechten / disfalls gesprochen und erkant werden soll. Carpz. part. 2. Constit. 26. def. 1. n. 4. Matth. Coler. decis. 7. n. 29. imò usuras Magnif. Carpz. p. 2. const. 26. de fin. 2. Quando autem negligentia casum præcessit, casus fortuitus eum non excusat. Anton. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 41. def. 22. n. 19. Contra debitor de dolo & magna negligentia tenet, l. 61. §. 1. §. 3. ff. de furt. v. c. Esto aliquis, qui servum alteri, quem postea in furto deprehenderit, pignoris loco commiserit, tenebitur debitor, si à sciente factum; si minus, habet potestatem relinquendi servum pro noxæ deditioe, nam ignorantia aliquo modo excusat, arg. l. 16. §. 1. de pign. act. & regulariter de vitio animi non tenetur, l. 13. §. 1. de action. emt. & vend. l. 1. §. 9. 10. ff. de Edilit. Edict. nisi animi quoque vitium promiserit aut sciverit sed reticuerit. l. 4. §. 3. 4. ff. d. t.

Th. X.

Dictum hæcenus de obligationibus, quæ re contrahuntur. Sequuntur jam contractus, quæ nudo fiunt & solo consensu, & quidem inter hos præcipuè sunt Emptio venditio, Locatio Conductio, societas, mandatum. Inter Obligationes consensuales quia præcipua est ea, quæ ex emptioe & venditione oritur; ideò eam priori loco collocabimus. Emptio venditio est Contractus, in quo versatur utriusque utilitas, ideòque venditor præstare debet diligentiam

B

tiam

250
tiam exactam, l. 5. §. 2. ff. commod. l. 31. vers. nam in rem ff. locat. l. 68. pr. & §. fin. de per. & commod. rei vend. l. 23. de R. J. (Nec obstat l. 3. nec l. 14. §. 1. de per. & comm. rei vend. vid. Nobiliss. Struv. exercit. 23. th. 113. Ludw. in §. 3. j. de Emt. & Vend. n. 3. Busius ad l. 7. de per. & comm. rei vend. n. 10.) & si negligens tenebitur. Exemplum habetur in l. 36. ff. de act. emt. & vend. (Ultra consuetam negligentiam nihil cogitur præstare l. 11. de per. & commod.) ibi: vendidit quis domum, antequam autem eam tradat, stipulationem damni infecti interponere debet. Ratio est, quia custodiam, & diligentiam antequam vacuum possessionem tradat, adhibere debet. (Regulariter autem statim post perfectam emtionem periculum pertinet ad emtorem, §. 3. j. de Emt. & vend. l. 7. in pr. 8. in pr. de per. & commod. l. 11. de evict. nisi in se susceperit periculum, vel dolo aut negligentia res vendita deterior facta fuerit.) Postea verò, si neglexerit, tenebitur emtori ad interesse damni. d. l. 36. de act. emt. & vend. l. 18. §. 8. de damn. infect. Aliquando tamen venditor non tenetur præstandæ negligentia, cum emtor adhibere cœpit moram, tunc enim dolum tantum præstandum ab isto tempore moræ, l. 17. in pr. de per. & commod. rei vend. Secus autem si venditor fuerit in morâ, quo casu omnem negligentiam & periculum præstat. d. l. 17. Ludw. disp. 13. th. 3. lit. g. Nobiliss. Carpz. p. 2. Const. 26. def. 25. Dictum in ead. th. quando emtio sit perfecta, omnem commodum & incommodum, quod contingit rei venditæ, pertinet ad emtorem. l. 1. l. 4. C. de per. & com. licet ei res nondum sit tradita. §. 3. j. de emt. l. 7. l. 8. l. 11. de per. & commod. l. 35. §. 4. de contrah. emt. scil. quando in specie res vendita est, ut hæc domus; secus autem si venditur res in genere nam tunc ante traditionem venditoris est periculum. Quando autem sub conditione vendita sit res, tenetur venditor, si tota res perit, l. 8. ff. l. pen. C. de per. & commod. Harp. n. 8. j. de emt. & vend. si autem extet res, licet deterior effecta (pendente scil. conditione) periculum est emtoris l. 8. vers. sane si. ff. de per. & commod. rei vend. Carpz. p. 2. Const. 26. def. 21. & 22. Schneidw. ad §. 3. j. de emt. & vend. n. 5.

Th. XI.

Dictum est de emtione & venditione, sequitur contractus qui emtioni venditioni similis est, nimirum locati cõducti, ex quo datur

674

datur actio locati, adversus conductorem, si res locata perierit, vel deterior facta sit per negligentiam *l. 11. in pr. l. 60. §. 7. ff. locat. l. 28. C. locat.* non autem per minimam *Harp. in §. 5. num. 8. J. d. locat. & conduct.* Ratio perspicua est *ex l. 5. §. 2. ff. commod. & §. ult. J. qrib. m. re contrah. obl. l. 23. de R. J. Locam quest. 311. Clariss. Dn. Ludw. in §. 5. n. 2. J. de locat. & conduct.* Exempla passim occurrunt in *b. tit. ff. locat.* ut non opus sit omnia hic enarrare. v. e. *servum meum mulionem conduxisti, negligentia ejus mulus tuus periit, tibi prestare tenetur damnum scil. si ipse se locasset, sin autem ipse eum locasset, non ultra me tibi prestaturum, quam dolum malum è negligentiam meam abesse, d. l. 60. §. 7. ff. locat.* Habetur itidem exemplum in *l. 13. §. 4. ff. locat.* ubi quis puerum docendum suscepit artem sutoriam, is verò res suas minus dextrè curaverit, eamque ob causam tanta violentia, ut oculus ei excuteretur, à sutore sit percussus. *ir. in l. 19 §. 1. ff. locat. videatur Bus. ad b. l. n. 1. Neq; obstat §. 5. J. de locat. & cond. Clariss. Rittersh. in l. 23. de R. J. c. 9.* Custodia enim & negligentia minima non ex natura locationis, sed ratione circumstantiarum aut pactionum interdum præstauda, ut ab iis, qui pro custodia mercedem accipiunt, *l. 40. cum ll. seqq. ff. locat.* vel si res naturâ exactissimam diligentiam requirat *Treut. vol. 1. disp. 29. th. 6. lit. c. Ludw. d. loc. v. g. qui columnam transportandam conduxit, videtur se adstringere ad exactissimam diligentiam, hoc ipso, quod rem frangibilem quæ videlicet frangi potest, transportandâ conduxit. l. 25. §. pen. ff. locat. & tunc tenetur de negligentia minima. Paulus Busius ad d. l. 25. §. pen. ff. locat.* Item is, qui pro usu vestimentorum aut jumentum mercedem dedit aut promisit. *§. pen. J. locat.* Quæritur hîc, si contingeret sterilitas negligentia conductoris, an pensio remitti debeat. Resp. negando *per l. 25. §. 3. ff. locat. junct. l. 11. §. 2. eod.* Colong enim curare debet, ut opera rustica suo quoq; tempore faciat, ne intempestiva cultura deteriorem fundum reddat; jam si fundus non cultus fuerit, censetur sterilitas contingere culpa & negligentia Conductoris, nec fit mercedis remissio. *Nobiliss. Struv. Exerc. 24. th. 17.* Negligentia cuiq; sua, non alteri debet esse nociva. *Jason. consil. 7. in fin. Menoch. de arbitr. jud. quest. lib. 2. Cent. 2. c. 102. n. 49.* Ergò nec negligentia conductoris.

Th. XII.

Facimus hinc progressum ad societatem. Nascitur actio pro socio, si socius contra bonam fidem dolo malo egerit, aut si magnam negligentiam vel consuetam admiserit. *l. 45. l. 52. §. 1. & 2. l. 72. ff. pro socio.* Non autem ob minimam, multò minùs ob casum fortuitum, ex regula generali supra proposita *in th. 4. l. 5. §. 2. ff. commod. v. c. dedi socio pecunias ad mercandum & negotiandum, incumbit ei mercari & negotiari, alioquin si hoc negligat, vel pecuniam in alium usum expendat, tenetur de negligentia & de dolo. l. 52. §. 1. ff. pro socio.* Hoc intelligendum est in casu scil. quando socius præstat mediocrem diligentiam in suis rebus, eandem etiam adhibere debet in alienis, ne committat negligentiam Contra si in suis non sit diligens, modò præstet suam diligentiam, non obligatur. Ratio: quia is qui parùm diligentem & industrium sibi socium elegerit, sibi imputare debet, quod talem hominem in societatem admiserit, ut inquit Justinianus Imperator *in §. ult. J. de societ.* Decius *in l. 23. n. 39. de R. J. Ægid. Hortens. ad d. §. ult.* Quando autem minorem in communibus quam in suis diligentiam adhibeat tunc obligatur ad negligentiam illam præstandam *arg. §. ult. J. de societ.* Tenetur aliquando de minima, non quidem ex propriâ naturâ societatis, sed si ita inter socios ab initio fuerit conventum *arg. l. 1. §. 6. depos.* Notandum, quando socius adhibuit negligentiam in rebus communibus, in id tantum punitur, quantum facere potest. *§. 38. J. de action. l. 63. in pr. pro soc.* Ratio habetur in eadem lege: quia socii inter se jus fraternitatis habent. *Zoes. ad tit. ff. pro socio n. 40.* non autem procedit, si dolo malo fecerit. *d. l. 63. in pr. & §. 7. ff. pro soc. ibi: nec enim æquum est dolum suum quemquam relevare. Vel si negaverit, se socium esse, l. 67. §. 3. pro socio. facit. l. 10. §. 1. de fidejussor. ibi: inficiantibus auxilium divisionis non est indulgendum.*

Th. XIII.

Deveniemus nunc ad ultimam speciem contractuum consensualium, nempe Mandatum. Mandatū frequentius contrahitur solum gratia mandatis, itaq; dolo solum & magna negligentia præstabitur, secundum decisionem Regulæ I. Breviter verò in hac vexatissimâ quæstione ita est habendum. 1. Distingvendum est inter **FORMAM** mandati, an cum curâ mandavi. 2. inter materiam seu

Obje-

Obiectum. modo enim pro diversitate negotii negligentiam con-
 suetam saltem & consequenter levem culpam: modo negligenti-
 am minimam adeoque levissimam culpam præstare teneor. Quâ
 distinctione adhibitâ facillimè discordantes leges conciliantur.
 Cæterum quod Imperatores *in l. 13. C. mandati* indifferenter om-
 nem culpam aut negligentiam in mandato præstandam esse re-
 scribant, non eum habet sensum, quasi id semper & perpetuò ita
 sese haberet, sed oppositivè ad casum fortuitum loquuntur. Non
 enim quærebantur Diocletianus & Maxim. An & quatenus cul-
 pam præstet procurator seu negligentiam: sed an casum fortui-
 tum præstet? Id verò negant, & asserunt: Procuratores seu man-
 datarios ad summum levissimam culpam seu negligentiam mini-
 mam præstare, E. non casum fortuitum. Simile exemplum est in
l. 4. C. de peric. Tutor. Ad l. 21. C. mandati quod attinet, dicendum
 est: per exactum officium ibi non intelligendum esse illud in quo
 nihil omninò ac ne minimum quidem desiderari possit, sed acci-
 pi debet pro qualitate negotii præsentis & pro eo officio quod à
 mandatario exigere solet & potest, id est, quod bonæ fidei congru-
 um est. Ultrâ quam nihil amplius in hoc negotio regulariter re-
 quiritur. Vid. *l. 22. §. 6. l. 26. §. ult. l. 29. pr. ff. mandat. vid. Dn. Tabor. Jurispr. Elementa. p. 3. sect. 4. addition. th. 5. Locam quest. Instit. 319. C. A. ff. mandat. th. 23. n. 2. th. 24. n. 13. th. 30. in fin. Biccium in Res. quotidian. sect. 4. th. 135. Th. XIV.*

Antequam nos convertamus ad quasi contractus & innomi-
 natos prius videndum erit de verborum & literarum obligatio-
 ne. Ex contractu stipulationis oritur actio adversus promisso-
 rem, ut præstet id, quod stipulanti promisit, tam in dando, quàm
 in faciendo. Promissor in stipulatione dandi obstrictus est, de
 damno, negligentia commissionis consveta, dato, non autem de
 negligentia omissionis. *l. 51. l. 91. de V. O.* Promissor ejus tantùm cul-
 pa tenetur, quæ in faciendo non quæ in negligendo consistit, quia,
 qui dare promisit, ad dandum, non ad faciendū tenetur. *l. 91. in fin. pr. de V. O. Gædd. de contr. stipulat. c. 11. sic: servū quis stipulatur, ante-
 quâ autē accipiat, & nulla mora intercedente, servus moritur; Pro-
 missor si eum occidat, tenetur. Occisor hominis semper culpam
 admittit. Sin autem negligat infirmum an promissor teneri de-
 beat. Et negatur. Ratio est, quòd in stipulatione dandi oblige-
 tur*

tur quis rem dare, promissor enim non promisit, se velle servum curare, sed solum dare. In contractibus semper inspicitur, quid actum sit. Promissor si promisit aliquid faciendum, obstrictus itidem est ad consuetam negligentiam. *l. 137. §. 2. & 3. ff. de V. O.* Hoc autem non procedit, si stipulator moram admiserit in accipienda re, eo casu tenetur de magna negligentia. Contra quando mora sit facta à promissore, obligatur ad minimam; etiam quando rem promisit incertam, licet casu fortuito amissa sit, non liberatur, *l. 30. §. 5. ad L. falcid. l. 11. de reb. cred. Gædd. de contr. stipul. c. 11. n. 82.* Secus autem de re certa. Debitor speciei liberatur, si res debita ante moram interit. *l. 51. l. 33. l. 83. §. 5. de V. O. Paul. de Castr. ad l. 51. de V. O.*

Th. XV.

Sequitur nunc Obligatio literarum. Breviter hic censeo monendum, quando debitor, qui dedit chirographum creditori, fatetur se accepisse certam pecuniæ summam, quam revera non accepit, per negligentiam intra biennium tacuit, & non repetiit, post spatium biennii, nulla illi actio competit, & tenetur creditori solvere in tantum, quantum in chirographo sese obstrinxit. Ratio manifesta apparet secundum jus civile. (1) *ex l. ad severatio 10. C. de nonnum pecun. ibi:* quod exceptio non numeratæ pecuniæ certa die (scil. bennii) non delata querela prius evanescat. (2) *ex l. si intra 8. C. eod. ibi:* qui cautionem exposuit, si legitimum tempus excessit & questum non habuit, omnimodo hæres ejus, etiam si sit pupillus, debitum solvere compellitur. (3) Cavetur *in l. in contrahentibus 14. C. eod.* ne ullo modo, elapso biennio, querela non numeratæ pecuniæ introduci possit. *Fachin lib. 2. controvers. c. 81. Vinn. lib. 1. quest. 41. Schulz in Synops. ad tit. de lit. Obl. lit. a. Hartm. Pist. lib. 4. quest. 12. n. 13. Ungep. exerc. 11. quest. 9. in Nego.* Ex æquitate tamen & Jure canonico (quod vult, neminem locupletari debere. cum alterius injuria & jactura *c. 48. d. R. 7. in 6.*) æquius videtur, quod post biennium actio non numeratæ pecuniæ opponi possit, non quidem in propriâ suâ natura, ut jus probandi transferatur in creditorem, ut loquitur *Schneid. n. 11. 7. de lit. obl.* sed in naturâ non propriâ, scil. ut debitor admittatur post biennium ad probandum pecuniam non esse solutam. *Clariss. Dn. Ludw. exerc. 12. th. 9.*

12. th. 9. lit. e. Schulz d. loco Decius in l. 206. de R. J. Sic creditor, qui adeo negligens est, ut intra triginta dies exceptionem non numeratae pecuniae adversus apocham non admittat, praeterlapso 30. dierum spatio querelam de pecunia sibi non soluta movere nequit, l. 14. §. 2. C. de non num. pec. Harpr. ad tit. j. de lit. obl. n. 59. Nobiliß. Carpz. p. 2. Const. 29. n. 7.

Th. XVI.

Contractus sunt vel nominati, vel innominati. De contractibus nominatis jam egimus, sequuntur nunc innominati, quos recenset Paulus Jctus in l. 5. ff. de P. V. nempe: Do ut des; do, ut facias; Facio, ut des; Facio ut facias. Et hi contractus innominati eandem penè naturam habent cum contractibus nominatis, cum utriusque utilitas in contractibus innominatis, propter perpetuò intercedens mutuuum sinallagma versetur vix fieri potest ut alterutrius tantum causa tales contractus celebrentur sed potius *UTRIUSQUE* gratia, adeoq; semper hoc casu levis culpa ab utroque praestanda erit regulariter. Videatur l. 5. §. 1. in fin. l. 17. §. 1. 2. & 4. l. 20. §. fin. l. 23. de P. V. Clariss. Rittersh. in l. 23. c. 15. de R. J. Nisi fortè aliud dicas in casu in contractu do ut facias, facio ut des, ubi si facientis circa artis perfectionem in facienda e. g. Insula &c. peccaverint etiam ad levissimam culpam poterunt adstringi, arg. eor. quae ad §. 15. §. de obl. quae ex del. nascuntur, j. l. 25. §. 7. ff. Locati.

Th. XVII.

Restat hic actio aestimatoria, quae est contractus innominatus cum res aestimata vendenda datur, ut is qui accepit, aut rem, aut aestimationem restituat. l. 1. ff. h. t. Quid autem, si res ante venditionem pereat, cujus sit periculum. Hic distingvendum est (1) aut ego te rogavi, ut rem vèdas. (2) aut tu me rogasti. & (3) aut neuter neutrum rogavit. Priori casu periculum ad me pertinet. II. Casu ad te, aestimatio enim periculum facit ejus qui suscepit. l. 1. §. 1. de aestim. act. l. 5. §. 3. ff. comrod. III. casu periculum quidem ad me pertinet, accipiens autem mihi dolum & consuetam negligentiam praestat. d. l. 17. §. de P. V.

Th. XVIII.

Haecenus autem de veris, sequuntur nunc quasi contractus, cor. tit. J. de Obl. quae ex quas. cont. nas. Quorum primus est Nego-

tio-

676



tiorum gestio, quæ quid sit constat ex l. 2. l. 10. §. 1. ff. de neg. gest. I. datur actio directa Domino adversus gestorem, ut restituat, quod per occasionem negotii ad eum pervenit. l. 2. ff. d. tit. exempla sunt in l. 8. §. 1. & l. 23. ff. d. tit. Deinde ut gestor rei minus dextrè gestæ damnum præstet, Vinn. ad §. 1. j. de obl. quæ ex quas. cont. nasc. Disceptatur hic à Dd, ad quamnam negligentiam sit obstrictus, utrum ad consuetam, an verò ad minimam. Clariss. Dn. Struv. in Exerc. 7. th. 50. fovet eam sententiam, negotiorum gestorem obstrictum esse ad minimam, idque multis legibus demonstrat. In eadem opinione est Dn. Ludw. in §. 1. n. 3. j. de obl. quæ ex cont. nasc. Rationem ponit: quia is qui se ipsum offert, in se recipere videtur, se omnem curam diligentiamque adhibiturum, l. 1. §. 35. ff. de pos. item Hahn. ad Wesenbec. in tit. de neg. gest. n. 10 Ungep. exerc. 12. quest. 8. Excell. Strauch. in diss. 16. th. 15. Borch. ad §. 1. j. de Obl. quæ ex quas. cont. nasc. n. 7. Hanc opinionem quamvis non in totum repudiem, consultius tamen & verius contrariam sententiam quæ consuetam tantum negligentiam præstandam (svadet amplectendam esse censeo. Adeoquæ secundum regulam 1. in th. 4. propositam, dicendum erit, negotiorum gestorem obstrictum esse ad negligentiam magnam. Ratio: quia solum versatur utilitas ejus cui geritur, non autem ejus qui gerit. l. 5. §. 2. ff. commod. Quare, cum nulla gerentis hic versetur utilitas, ne quidem ad mediocrem diligentiam videbatur adstringendus esse. Adstrictus tamen est & temperamentum hac in parte à Legislatoribus fuit adhibitum. ut scilicet non quidem ad minimam negligentiam præstationem obstringeretur, ne aliàs à negotiis absentium gerendis, quos publicè utile est à quibuscunquæ defendi. l. 33. §. 2. de procurat. quis planè abstereretur. Cùm ad ea suscipienda, in casu necessitatis, etiam solius doli præstatione & remissione negligentiam cujusvis, Jcto Ulpiano, in l. 3. §. 9. ff. de negot. gestis. provocandi sint visi. Sed ad mediocrem tantum negligentiam ideò Jura eundem obligare voluerunt ne quis temerè se alienis rebus immisceret contra l. 36. de R. J. Itaque à regulari in th. 4. excipitur negotiorum gestor, qui regulariter consuetam præstat. Probatur nostra sententia (1.) ex l. 11. ff. d. tit. ibi: Negotiorum gestor dolum & culpam præstare debet. (Vocabulum culpæ simpliciter positum semper

per

677

per levem denotat *l. 9. Et ibi gl. culpam locut. matr.*) Et ratio est quia homines ad negotia absentium gerenda faciliores inveniuntur. 2. Probat *ex l. 20. C. eod. tit.* in verbis: super his quæ nec tutor nec Curator constitutus ultrò quis administravit, cum non tantum dolum & latam culpam, sed & levem præstare necesse habeat: à te conveniri potest. Quæ verba manifestò, sicut etiam *ex pr. d. l.* constat, de negotiorum gestore loquuntur, eumque non ultra mediocris negligentia, seu levis culpæ præstandæ terminos, obstrictum volunt. *Dn. Frantz. exercit. Justin. ii. q. 7. Wesenb. in ff. ad h. tit. n. 10. Schraderus ad §. 1. de obl. q. ex quas. contr. n. 34. Oldendorp. class. 4. act. 25. in pract. n. 3. Manz. in §. 1. j. d. tit. n. 32. Et seqq. Schneid. n. 7. ad d. tit. Rittersb. in l. 23. c. 12. Pac. cent. 7. q. 97.* Objiciunt quidem nostræ sententiæ (1) *l. 21. C. mandat.* ubi dicitur, quod aliena negotia exacto officio geri debeant, nec quicquam in eorum administratione neglectum ac declinatum culpa vacuum esse, Resp. Verum præter eà quæ supra ad *th. 13.* dicta sunt, animadvertendum est, non rectè à mandatario ad negotiorum gestorem argumentari, neque *l. 21. C. Mandat.* contra monitum *Jcti in l. pen. ff. ad exhibendum* captandam esse. Sed pro natura mandati intelligendâ. Cujus indoles est ut regulariter quis de dolo saltem teneatur. Nec nisi ubi negotii demandati qualitas aliud svadeat, ad ulteriora, hoc est mediocrem negligentiam nedum minimam, obligatur. Quæ secus sese habent, ut antea dictum est, in negotiorum gestore. Ut alias differentias inter mandatarium & negotiorum gestorem nunc taceam. Adeoque ab his tanquam separatis nulla commoda fiat illatio. (II) Objiciunt *l. 6. §. ult. ff. de neg. gest.* ibi: ab eo exigimus, ut sit vir diligens. Concludunt Interpp. *ex d. l. 6. §. ult. E.* quod ab eo, à quo diligentia exigitur, præstanda veniat minima. Resp. *d. l. 6. §. ult.* loquitur de casu si quis quædam negotia gessit quædam non attingit, quæ alius diligens paterfamilias gessisset, ejusque contemplatione alius vir diligens non accessit. Tenetur hæc actione gestor nomine eorum, quæ non gessit. *Rittersb. in l. 23. d. R. J. c. 12.* Nam gestor, qui aliena negotia suscepit, ea explicare & absolvere tenetur, *d. l. 6. §. ult.* (III) Opponunt. *l. 24. C. de usur.* ubi mater, quæ negotia gessit, omnem

C

dili-

diligentiam præstare debet. Si omnem, etiam exactissimam. Simater, etiam extranea persona. Resp. matrem teneri de minima negligentia, quando alii diligentiores adsunt, qui gessissent nisi mater prævenisset ipsis. *Rittersb. cit. loc. vel responderetur: vocabulū omnis non semper est universale, licet enim regulariter OMNE qui dicat, nihil excludat. l. 68. pr. de legat. 3. l. 29. de hered. Instit.* Tamen regula ista loquitur de actibus humanis; non legis. Legis enim locutio semper accipienda est, secundum alias leges. Secundum quas universalitas propositionum sæpè moderanda est. Sic fidejussio dicitur accedere omni obligationi, *l. 1. ff. de fidejussor.* & tamen non accedit turpi *l. 8. §. 3. eod. tit. vid. Cujac. ad l. 7. C. de præscr. 30. annorum.* Sic vasallus dicitur contra omnes defendere debere Dominum *2. F. 28. fin.* & tamen excipitur alibi Imperator. *2. F. 7. item in d. 2. F. 28. fin.* antiquior Dominus *2. F. 7.* Dixi negotiorum gestorē teneri tantum de consuetudine, hoc limitatur: (1) ut etiam ad minimam obligetur, si aliud ad fuisset, qui diligentius negotia administraturus fuisset. *gl. ad §. 1. verb. exactissimam j. de obl. qua ex quas. contr. nasc. Schrad. ad §. 1. J. d. tit. n. 35.* Qui propter id ipsum, quod alius administrat, abstinuit, *§. 1. Instit. d. tit. l. 37. §. 1. ff. de negot. gest. is summam diligentiam præstare debet, etiam majorem, quam in suis rebus Vigel. meth. Jur. civil. lib. 20. c. 5. caus. 1.* Calum autem fortuitum præstare non compellitur. *l. negotium 22. C. de negot. gest. scil. in casu fortuito contingente circa res illius, ejus negotia gesta sunt. Secus autem si contingat circa res proprias, licet evenerit propter negotia gesta. Schrad. d. loc. n. 38.* (2) Limitatur: si speciali pacto in se recepit, *l. negotium 22. C. d. tit. item:* (3) si novū negotiū & ab usu absentis prorsus alienum gesserit, *l. 11. d. tit.* tunc si damnum secutum fuerit ex eâ re, pertinet ad negotiorum gestorem, lucrum verò ad absentem, *d. l. 11. tit.* (4) si negligentia gestoris casus evenerit, v. c. si quis frumentum paraverit, idque casu quodam fortè incendio interierit, tunc si incendium ejus vitiō acciderit, casus ad ipsum spectat. *l. 22. ff. d. tit. it:* (5) si gestor non contemplatione Domini, sed sui lucri causâ gessit. *l. 6. §. 3. ff. h. t. it:* (6) casus fortuitus tunc venit, cum geruntur negotia pupilli, qui nullo modo tenetur, nisi locupletior sit factus

fit factus l. 6. in pr. verb. sed & pupillum ff. d. tit. it: (7) si negotiorum gestor in restituendis rebus domini admiserit moram. l. 47. §. ult. de legat. 1. Quæritur ad quod teneantur hæredes? Breviter Resp. quod tantum de dolo & magna negligentia, non etiam de consveta l. curatoris. 17. C. de negot. gest. Bacchov. ad Wesenb. h. n. 8. v. heres tutoris. Aliquando autem de consveta, si heres de negotio à se ipso gesto conveniatur. Item is, qui sponte negotia defuncto cœpta implet. Secus autem ab eo, qui ex necessitate negotia defuncti inchoata absolvit. Schrad. in §. 1. j. n. 40. de obl. que ex quas. del. nasc.

Th. XIX.

Altera species est administratio tutelæ. Vocabulum tutelæ latiùs in præsentimateria accipiendum est, ut etiam comprehendat curam, l. 101. §. 2. de condit. & demonstr. Ludw. in §. 2. j. de obl. que ex quas. cont. nasc. Diximus th. 4. quod in contractibus, in quibus tantum utilitas dantis versatur præstandus sit tantum dolo & negligentia magna. Ab hac regulâ excipitur tutor favore pupillorum. Nam tutor, qui suscipit negotia pupilli gerenda gratis, tantum quoad dolum & consvetam obstrictus est, probat Ulpianus Jct. in l. 10. de admin. & per. tut. ibi; generaliter quotiescunq; non fit nomine pupilli, quod quivis paterfamilias idoneus facit, non videtur defendi. Callistratus eandem sententiam statuit in l. 33. d. tit. ibi: à tutoribus & curatoribus pupillorum eadem diligentia exigenda est circa administrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias rebus suis ex bonâ fide præbere debet. Si enim requiratur à tutore talis diligentia, qualem idoneus paterfamilias ex bonâ fide in suis rebus adhibere debet, sequitur, quod exigatur exacta, non exactissima. Idem Dioclet. & Maxim. resciperunt in l. 7. C. arb. tut. ibi: quicquid minores amiserint vel non adquisierint, cum possent, dolo vel lata culpâ aut levi tutoris aut curatoris, hoc in tutelæ s. negotiorum gestorum utile iudicium venire, non esse incerti juris. Probatur nostra sententia multis LL. & inter alias ex l. 1. in pr. de tutel. & rat. distr. ubi ait Ulpianus, in omnibus, quæ fecit tutor, cum facere non deberet, item in his, quæ non fecit, rationem reddet hoc iudicio: præ-

C 2

stando



stando dolum, culpam & quantam in suis reb9 adhibet diligentia.
it. ex l. 18 ff. d. tut. & rat. distr. ex l. 4. C. arbit. tut. it. ex l. 41. ff. de
adm. per. & tut. ibi: rectè tutores ex culpa conveniuntur, qui contu-
tores suspectos facere neglexerunt. Ex dictis satis constat, tuto-
rem de negligentia consuetà teneri. Philipp. Matth. in l. 23. de R. j.
n. 92. Harp. ad §. 2. j. de Obl. quæ quas. ex contr. nasc. n. 13. & 14. Cla-
vis. Dn. Struv. exercit. 31. tb. 38. Ludw. ad §. 2. j. d. tit. n. 2. Rittersb.
in l. 23. c. 11. Franzk. exerc. 3. q. 9. n. 4. Neq; obstat, l. 21. C. mand.
ubi dicitur quod aliena negotia cum omni diligentia geri debe-
ant. Resp. enim, d. l. 21. C. mand. loquitur de mandatario, qui spon-
tè aliena negotia suscipit, etiam videtur tacitè promittere, se o-
mnem diligentiam in expedienda re adhibere, itaque ex conven-
tione tenetur de minima negligentia, ut supra expositam. Alia
verò ratio est in tutore. Tutor enim non suscipit spontè & vo-
luntariò aliena negotia, sed invitus & ex necessitate legis pr. j. de
excus. tut. l. 20. C. de negot. gest. l. fin. in pr. C. de admin. tut. & curat.
Regulariter non tenetur de minima negligentia, nisi in suis rebus
sit diligentissimus, vel si sese obtulerit, l. 53. §. 3. de furt. videtur
enim tunc promittere exactissimam diligentiam. Neq; de ca-
su fortuito l. 4. C. de peric. tut. nisi negligentia ipsius casum & in-
teritum rei præcessit. (Nemini casus sed culpa imputatur l. 52. ult.
ff. ad. L. Aquiliam. l. 2. §. 7. de administr. rer. ad civit. pert. Struv.
exercit. 19. tb. 42.) v. c. tutor habuit res pupillares in hospicio suo,
quas tamen in horreo conditas debebat habere, quæ res vi ignis
absumptæ sunt. Respondet Imperator Philippus, damnum per-
tinere ad tutorem, non ad pupillum l. si res 3. C. de per tut. & curat.
Ratio est, quia, si res in horreo conditas observasset, tutor potu-
isset periculum evitare. Tutor enim cogitur res pupilli tutò in
locò deponere l. 27. de administr. tut. l. 34. ff. de damn. l. 9. C. de pi-
gnor. Quæritur, ad quid teneatur hæres tutoris? Resp. quòd
tantùm de magnâ, non de consuetâ defuncti, l. 1. C. de hered. tut.
& curat. l. 4. ff. & l. 2. C. d. magistr. conven. Diss. Cujac. lib. 13. obs. 39.
neque de negligentia propriâ. l. 4. §. 1. ff. de fidejuss. & nom. tut.
Apparet tamen ex l. 4. ff. d. tit. eum teneri ex proprio dolo & ma-
gnâ negligentia, v. c. si post mortem tutoris hæres ejus negotia
pupil-

pupilli gerere per severaverit, aut in arcâ tutoris pupilli pecuniam invenerit, & consumserit, vel pecuniam, quam tutor stipulatus fuerat, exegerit: tutelæ iudicio suo nomine tenetur, nam cum permittatur adversus hæredem ex proprio dolo jurari in litem, apparet eum iudicio tutelæ teneri ex dolo proprio. *d. l. 4.* Hæredem igitur ob negligentiam defuncti condemnare non oportet, quæ non latæ culpæ possit comparari *d. l. 1. C. de hæred. tut. vel curat.* Hoc enim ex singulari ratione in materia tutelæ peculiariter constitutum est *l. ult. §. 1. ff. de fidejuss. tut. ibi:* sed constitutionibus subventum. Subjungit tamen Imper. limitationes in eadem lege; nempe (1) si lucrum ex damno pupilli defunctus sibi captavit, licet non pervenerit ad hæredem tamen in solidum tenetur *l. 9. de condict. furt. ibi:* ideoque in solidum unus hæres tenetur. *l. 152. §. fin. l. 157. §. fin. de R. J. l. 12. l. 49. de O. & A.* Non obstat. *§. 1. J. de perpet. & tempor. act. vid. Struv. exercit. 21. th. 40. & 42. it. exerc. 46. th. 79. Schn. ad §. 1. j. d. tit. n. 3.* (2) Si lis adversus tutorem jam antè fuerit inchoata. *Joan. Mercet. l. 2. opin. cap. 14. & (3) Si per gratiam alteri præstitum sit. d. l. 1. C. de hæred. tut. & curat. Ludw. exc. 14. th. 6. lit. b. Trent. vol. 2. disp. 9. th. 5. lit. e. & Rachoivius ibi: lit. D. & E p. 409 & seqq. latissime explicat. Dn. Struv. exerc. 31. th. 80.* De hac quæstione vide *Giphan. in lecturis Altorphinis ad l. 49. d. O. & A. n. 13. & seqq. Franzk. exercit. 3. q. ult.* Regulariter autem hæredes in contractibus ad idem tenentur, ad quod defuncti obstricti fuerunt. *l. 2. §. 2. ff. de V. O. ibi:* non enim ex persona hæredum conditio obligationis immutatur. Transeunt etiam actiones rei persecutoriæ ex delictis contra hæredes in tantum, quantum ad eos ex delicto defuncti pervenit. *l. ult. C. rer. amot. ibi:* contra successores ejus non in solum, sed in quantum ad eos pervenit vid. *l. 16. §. 2. inf. quod met. caus. ibi:* in hæredem autem & ceteros in id quod pervenit ad eos datur non immerito. Confer: *l. 26. & 27. ff. de dol. mal.* Nam constitutum est, turpia lucra hæredibus extorqueri, licet crimina extingvantur. *l. 5. pr. de calumn.* Secus autem post litem contestatam. *l. unde C. de defunct.* Exceptâ conditione furtivâ. Hæc actione hæres furis tenetur in solidum, etiamsi lis contestata non fuerit, neque res furtiva ad eum per-

nerit. l. 7. §. 2. ff. de condict. furt. ibi: Si servus furtivus, diem suum obiit, post mortem tamen furis conditio adversus heredem durat vid. l. 9. ff. eod. quod hoc casu est singulare, ne facile fures heredes habeant. Conferatur Zæf. ad tit. ff. de cond. furt. n. 8. in f. Perez. in C. b. add. tit. n. 5. Ludw. ad §. fin. j. de Obl. que ex del. nasc. n. 2. & 3. Cujacius verò 7. observ. 37. & 13. obs. 37. negat, quod in heredem conditio furtiva pœnalis detur, sed in id tantum quod ad eum pervenit. Pro sua sententia facit. l. 2. §. fin. & l. seq. ff. d. tut. & rat. distrab. ubi dicitur, quod actiones morte tutoris intereant. Videatur Ant. Fab. lib. 4. conject. c. 1. & Paul. Busf. l. 4. subtil. c. 8. Perez. c. loc. n. 5. in fin.

Th. XX.

Oritur hœc locô quæstio, an tutor propter negligentiam fiat infamis. Sunt, qui negant; sunt qui affirmant. Lockam. in quæst. suis quæst. cxi. fovet eam sententiam, tutorem posse fieri infamen ob dolum, non autem ob negligentiam §. 6. J. de Susp. tut. De dolo enim nullum dubium est, ut notetur infamia per expressos textus, in l. 1. ff. de his que not. infam. l. suspectos 9. C. de susp. tut. d. §. 6. j. Ludw. ad §. 6. j. dict. tit. Contra Zæsius in comm. ad ff. in tit. de susp. tut. n. 9. affirmat, tutorem ob magnam negligentiam posse fieri. Pro fundamento & ratione allegat. (1) l. 226. d. V. S. ibi: magna negligentia culpa est magna culpa (i. e. lata) dolus est. (2) allegat. l. 1. ff. de his que not. infam. ubi non tantum fit infamis damnatus depositi propter dolum, verum etiam propter magnam negligentiam, quod fraudem ponat. it. Delrio ad l. contract. 23. de R. J. cap. 1. Boncer. class. 1. Disp. 14. tb. 137. edit. 2. Zasius in l. quod Nerva 22. depos. Hann. lib. 1. variarum re. sol. jur. Civ. tract. 4. q. 28. Verius tamen videtur ob magnam negligentiam famosam non esse, propter textum in §. 6. j. d. susp. tut. qui generaliter & simpliciter, atq; indistinctè loquitur, culpâq; hic Imperator Justinianus excipit; unde & latam quoque excipit, ideo eo modo quoq; fit accipiendus tam de lata quam de levi. Nam quando lex non distinguit nec nos distinguere debemus l. 8. de publ. in rem act. l. 1. §. generaliter. de legat. præst. Odiosa enim, ut pœnæ corporis, aut famæ, (nam fama & vita æquiparantur l. 9. de manum. vind. l. 8.

§. 2.

S. 2. quod med. caus.) non sunt extendenda. c. odia 15. de R. j. in 6.
 In dubio enim ea interpretatio est recipienda quæ benignior est.
l. benignius 18. cum l. seq. ff. de legib. l. cum quidam 19. in f. ff. de liber.
Et post. l. pen. ff. de pœn. l. 56. de R. J. l. 155. S. 2. eod. c. in pœnis 49. de
R. j. in 6. Odiosum enim est, tutorem ob magnam negligentiam
 fieri famosum. Culpa enim vel negligentia lata æquiparatur
 dolo quantum ad removendum, sed non quantum ad infamiam
 quæ ex dolo tantum irrogatur tutori remoto *l. 3. S. fin. & l. 7. S. 1.*
ibi: gl. quia. in add. de susp. tut. Nec mutat illud, quod magna
 negligentia comparetur dolo. *l. 32. depos. l. 1. ff. si mens. fal. mod. d. ix.*
 Hæc quidem vera sunt in contractibus veris & quasi, etiam in a-
 ctionibus, ubi pœna est pecuniaria, non autem in actionibus famo-
 sis & capitalibus. *l. 7. ad L. Cor. de sic. & infamiam irrogantibus.*
Gail. lib. 2. observ. 110. n. 2. E. neque in crimine suspecti tutoris
 curatoris, *Gail. l. 2. obs. 110. n. 2.* Ratio: quia tutor remotus tan-
 tum dicitur propter dolum fieri famosus *d. S. 6. j. Ludw. in S. 6. j.*
de susp. tut. Paul. Bus. in l. 3. S. pen. & ult. ff. de susp. tut. Schn. ad d.
S. 6. n. 2. Wesenb. in ff. ad tit. de his quæ not. infam. n. 4. Coll. Argen-
tor. th. 12. ad d. tit. de susp. tut. Bronch. Cent. 3. ass. 19. Franzk exerc.
3. q. 10. Ereb. in tr. de infam. l. 3. c. 11. n. 3. & 5. Harp. ad S. 6. j.
d. tit. Præterea quibuscumq; in locis de suspecto tutore remo-
 vendo agitur, in illis omnibus solius doli fit mentio, qui infamiam
 meretur. *l. ult. C. de susp. tut. l. 11. S. fin. de his qui not. in fam. Wesenb.*
in part. ibid. n. 4. & Hahn. ad d. tit. n. 3. in med. Diss. Bach. in not. &
Perez. C. n. 5. in d. tit. Probatur etiam ex l. 3. S. ult. & 4. l. S. 4. ff. de
susp. tut. quod talis tutor, qui ob segnitiam vel rusticitatem remo-
 tus fuit à tutelâ, ut ille integræ existimatione i. e. sine omni da-
 mno & famoso abeat.

Th. XXI.

Tertia species quasi contractuum est communiõrerum qua
 socii agunt, ut res dividantur, & à communione recedatur. *S. 4.*
& 5. j. Offic. jud. vid. l. 1. 2. 3. 4. l. 19. S. 2. ff. comm. div. S. 20. j. de a-
ction. vel, ut utrinq; præstetur, quod alterum alteri præstare oport-
 ret lucri, damni, impensarum nomine. *S. 4. j. de Offic. jud. l. 3. C. de*
com. divid. l. 16. S. pen. l. 25. S. 16. famil. ercisc. l. 18. S. 3. eod. l. 4.
S. 3. com. divid. Struv. exerc. 15. th. 17. Ludw. exerc. 14. th. 6. lit. e.

De ne-

De negligentia præstanda in hoc quasi contractu, idem erat dicendum ac in materiâ societatis. Recipit communio rerum dolum & negligentiam consuetam, *l. 23. de R. J. l. 4. in fin. C. com. divid. v. g. si is, cum quo fundum communem habeo, ad delectum non respondit, motu iudicis res communis diruitur, datur actio mihi in sociam, ut æstimationem detrimenti iudicio communi dividendo restituat, l. 20. ff. com. div. Philipp. Matth. ad l. 23. de R. J. n. 60. Dn. Rittersh. ad l. 23. de R. J. c. 14.* Ratio cur veniat consuetam negligentia in communione rerum; quia versatur utilitas utriusque *arg. l. 3. §. 2. vers. sed ubi utriusq. ff. commod.*

Th. XXII.

Quarta est communio hæreditatis, qua cohæredes de rebus hæreditariis dividendis obligantur, *§. 4. j. d. Obl. quæ ex quas. contr. nasc. l. 1. pr. famil. erisc.* Ex hoc negotio datur iudicium familiæ eriscundæ, ad consequenda ea quæ vel dolo vel consuetâ negligentia cohæredis aut amissa, aut deteriora reddita sūt. Probatur *1. ex l. 16. §. 4. ff. famil. erisc. ibi: nã & omnia, quæ quis in hæreditate dolo aut culpa fecerit, in iudiciũ familiæ eriscundæ veniunt. (2) ex l. 25. §. 16. eod. ibi: non tantũ dolum, sed culpam in re hæreditaria, præstare debet cohæres. Cohæres enim talem diligentiam adhibere debet in re hæreditariâ, ne res damnum capiat, qualem in suis rebus adhibere solitus est. d. l. 25. §. 16. in fin. famil. creisc.*

Th. XXIII.

Quinta est aditio hæreditatis, *§. 5. j. de Obl. quæ quas. ex contr. nasc.* Quicquid rei legatæ accessit, vel decessit, legatario prodest, vel nocet, *§. 18. 19. & 20. j. de legat. v. g. si aræ legatæ post testamentum factum domus imposita sit, placet superficiem legato cedere, nisi voluntatem testator mutaverit, l. 39. de legat. 2. l. 44. §. 4. de legat. 1. Pac. cent. 7. q. 45.* Interitus enim rei, si sine factio hæredis perierit, pertinet ad legatarium, *§. 16. j. de legat. l. 26. §. 1. de legat. 1.* Si autem dolo, aut negligentia hæredis contigerit, tunc æstimationem rei legatæ præstare tenebitur, *l. 47. de legat. 1.* Quamnam negligentiam autem præstare tenetur hæres? dicendum, non tantũ consuetam, sed etiam minimam, aliquando etiam dolum tantũ. Generaliter minima negligentia in legatis præstantis venit, *l. 47. §. pen. de legat. 1. Struv. exerc. 15. th. 21. Bar.*

tolus

solus & alii in d. l. 47. distinguunt, utrum hæres magnum commodum sentiat, an verò legatarius, vel an partes commodi sint pares. Priori casu tenetur de minima, posteriori tantum de dolo & magna. videatur l. 108. §. 12. de legat. 1. ibi: si nihil prætereà hæres ex testamento capiat, dolum malum dumtaxat in exigendo eo legato præstare debere. Secus autem si commodum sentiat. Deniq; de consveta Aliter in fidei cõmissis, licet commodum sentiat hæres, non de minima sed de consveta negligentia tenetur. d. l. 108. §. 12. ibi: alioquin, id est, si commodum sentias, etiam culpam te mihi præstare debere, sicut in contractibus bonæ fidei servatur, ut si quidem utriusque contrahentis commodum versetur, etiam culpa: sin minus solius, dolum malum tantummodo præstetur. Id procedit si utriusque utilitas versetur in fideicommissis; sin autem tantum alterius, tunc dolum & magnam præstare debet l. mulier. 22. §. 3. ad SC. Trebell. ibi: culpæ planè reddere rationem, sed ejus quæ dolo proxima est, & in verbis subsequentibus, sed & si cum distrahere deberet, non fecit, lata culpa, non levi, & rebus suis consveta negligentia: hujusmodi rei rationem reddet. Cujac. in l. 91. §. 3. de V. O. Struv. exerc. 36. th. 35. Rittersh. in l. 23. de R. J. e. 15. Th. XXIV.

Ultima est solutio indebiti, quando quis per errorem non debitum solvit, videtur quasi ex contractu debere, §. 6. j. de Obl. que quas. ex contr. nasc. Quæritur ad quid accipiens, si aliquid per errorem indebiti sit solutum, & res perierit, teneatur. Distingvendum est, utrum accipiens sit in bona fide (v. c. aliquis putat se defuncto debere ceterum, ille per errorem solvit hæredi centum, hoc casu hæres possidet solutum bona fide) an in mala fide. Priori casu adversus eum, cui solutum ex errore est, datur conditio indebiti, & præstare debet dolum & magnam negligentiam. arg. l. 31. §. 3. de pet. hered. l. 5. de Reb. cred. Struv. exerc. 18. th. 44. non autem casum, nisi fuerit in morâ. Qui autem in mora est, illius periculo res semper perit. l. 5. de reb. cred. l. 12. §. fin. in fin. ff. depos. l. 47. §. 6. & legat. 1. Si verò sit in mala fide locum habet conditio furtiva, l. 18. de condict. furt. l. 38. §. 1. de solut. l. 21. §. 1. l. 43. de furt. Cujac. tract. 7. ad African. & in tali casu omnem negligentiam, imo etiam casum fortuitum. l. 3. in f. l. 7. §. fin. l. 8. pr. l. 16. §. fin. de condict. furt. l. 2. C. eod. Hahn. ad Wesenbec. in tit. de

D

condict.

180
condict. furt. n. 8. Ratio: quia is, qui rem mala fide possidet, semper intelligitur esse in mora, ut fur *l. 8. §. 1. l. ult. ff. de condict. furt.* Exceptio habetur in *l. 14. §. 11. ff. quod met. caus. vid. Clariss. Struv. exerc. 8. th. 21.*

Th. XXV.

Haecenus de contractibus, paucis nunc percurramus Delicta & quidem Proprie sic dicta nempe privata. Quae iterum subdividuntur in vera vel quasi delicta. Verorum delictorum species recensentur in *princ. j. de Obl. quae ex delict. nasc.* quatuor: furtum, rapina, damnum, & injuria. Prima species est furtum. Hic monendum est, quod in veris ac propriis delictis semper dolus requiratur, sic qui doli non sunt capaces, verum delictum non committunt. *§. 18. j. de obl. quae ex del. nasc. l. 23. de furt. l. 11. de R. §. l. 13. §. 1. de dolo l. 5. §. pen. ad L. Aquil. l. 14. de Offic. pres. l. 3. §. 1 de injuriis: non magna negligentia, l. 1. in pr. l. 3. §. l. 5. de serv. corrupt. l. 50. §. 2. l. 90. §. 1. ad L. Corn. de sicar.* (Neque aequiparatur lata culpa dolo ut in contractibus. *l. 7. §. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar.*) Id procedit in veris ac propriis delictis, non vero in damno injuria dato. Nam in hac actione scil. L. aquiliae, non respicitur, an dolo & magna negligentia factum sit, sed etiam si contveta & minima negligentia. *§. 3. j. de L. Aquil. l. 31. l. 44. pr. ff. eodem.* Secus autem in quasi. Nam in quasi delictis, spectatur magna negligentia. *tot. tit. j. de obl. quae quas. ex delict. nasc.* Fur, licet amissa sit res furtiva, casu, aut negligentia, tamen id restituere tenetur, *per l. in th. antea 24. allegatas.* Imo etiam fructus. Nam fur qui dolo malo rem alienam contrectavit, *Paul. l. 2. tit. 31.* semper est in mala fide. Possessor autem malae fidei, sive ante sive post litis contestationem, fructus non modo perceptos, sive exstantes, sive consumptos, sed & percipiendos restituere tenetur; etiam de iis, quae percipi potuerunt. *per l. 33. de R. V. l. 22. C. eod. §. 2. j. de Off. Jud. l. 3. C. de cond. ex leg. l. 4. §. 2. fin. reg. l. 4. C. de Crim. expil. hered. Cujac. ad l. 62. de R. V.* Illud tamen ad fructus, quos Dominus illicite & in honeste percepisset, non est extendendum, nisi possessor m. f. eos illicite perceperit, nam tunc etiam restituere tenetur. *l. 22. l. 27. in fin. l. 28. 52. 56. de hered. pet. Bocerus class. 4. d. 4. th. 18. Confer. Covarr. in c. peccatum p. 1. §. 6. n. f. Carpz. p. 3. c. 32. def. 30. Imo*

082

mò etiam incendium casu fortuito exortum. *Carpz. pari.* 200. n. 6. Secus autem de bonæ fidei possessore. Possessor enim bonæ fidei ante litis contestationem percipiendo omnes fructus suos facit, *l. 48. de acquir. rer. dom. §. 36. j. de rer. div. l. 25. pr. & §. 1. l. 1. de usur. d. §. 2. j. de Off. jud. sive factus sit locupletior vel non, restituere non tenetur scil. in rei vindicatione, sive in iudicio singulari l. 4. §. 2. fin. regund. junct. §. 36. j. de act. Lockam. ad §. 2. j. de Off. jud. not. 1.* Possessor enim bonæ fidei fruitur iis tanquam Dominus, *d. l. 25. §. 1. Boc. cl. 2. disp. 20. th. 5.* Aliter verò sese res habet in petitione hæreditatis, sive in iudicio universali. Si possessor absolutè consumsit & non factus est locupletior, non restitui debet, si verò ex iis factus sit locupletior, restituere tenetur, *l. 20. §. 6. ibi: usq. eo duntaxat & c. de hered. pet. l. 1. §. 1. C. eod. Lockam. d. §. 2. j. de Off. jud. not. e. Franzk. de R. V. n. 65. & 66. Carpz. p. 3. c. 32. def. 28. n. 18.* Extantes autem bonæ fidei possessor suos quidem facit interim, *l. 48. de acquir. rer. Dom. Carpz. p. 3. c. 32. def. 28. sed revocabiliter. l. 45. de usur. Carpz. d. loc. Franzk. d. R. V. n. 49. 50. & seqq. Harpr. ad §. 35. n. 52. j. de rer. divis.* Post litis contestationem verò bonæ fidei possessor quia constituitur in malâ fide, *Rauch. part. 1. quest. 28. n. 4.* æquè ac malæ fidei possessor qui ab initio talis fuit omnes fructus tam perceptos quàm percipiendos, tam extantes quàm consumtos, licèt exinde non factus sit locupletior, restituere tenetur. Id quod *§. 2. j. de Off. jud. l. 22. C. de R. V. l. 25. §. 7. de pet. hered. l. 45. de usur. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. Coll. Argent. th. 44. de R. V. Hartm. pist. p. 4. quest. 27. n. 1. & 3. Carpz. p. 3. c. 32. def. 30. Molin. in Consuet. Paris. tit. 1. §. 22. n. 8.* probant. Licèt autem ex his dictis constet nullam esse differentiam inter bonæ fidei & malæ fidei possessorem, post litis contestationem. Tamen in eo adhuc differunt, quod interitum rei naturalem non præstat possessor bonæ fidei, *l. 40. pr. ff. de pet. hered.* Videatur de hac materiâ elegantiss. *Dn. Franzk. in comm. ad ff. de R. V. n. 30. & seqq. it: exerc. 4. q. 7. & seqq. Bacchov. ad Tr. disp. 15. th. 11. lit. D. & seqq. Struv. exerc. 11. th. 18. & mult. seqq. Carpz. cit. loc. Zæf. ad ff. de R. V. n. 49.*

Th. XXVI.

Absoluta igitur prima specie, quæ de furtis erat, secunda

D 2

nunc,

nunc, quæ rapinam tractat, declaranda venit. Hæc actio datur ad-
versus eum, qui dolo malo rem alteri rapuit. §. 1. j. l. 2. §. 8. ff. de
vit bonor. rapt. Dolus in hac actione in esse semper præsumitur,
l. 2. §. 4. d. tit. & si dolus abest rapina non est, l. 2. pr. & §. 2. dict.
tit. Tenetur itaque raptor non solum de omni negligentia, sed
etiam de casu, sicuti fur. Quid autem si aliquis errore ductus rem
suam esse existimans & imprudens juris eo animo rapuerit, quasi
domino liceat etiam per vim rem suam auferre à possessoribus;
absolvi debet scil. actione vi bonorum. Si dominus illius est,
dominium amittit, si minus, rem ipsam restituere tenetur, & ad
æstimationem earundem rerum præstandam obstrictus est. §. 1. j. de
vi bon. rapt. l. 7. C. unde vi. Ratio: quia omnibus modis eò stu-
dendum est ne vincula quietis publicæ disrumpantur, civesque
ad rixam & arma quotidie procedant. l. 176. de R. J. Videatur l. 13.
§. 3. vers. equissimum ff. de usufr. ubi concludunt Dd. quòd privatis
hominibus ad evitandas rixas, periculum armorum non sit con-
cedendum, neq; propria autoritate sibi quis jus dicat. l. un. C. ne-
quis in sua caus. jud. Matth. Coler. de process. execut. p. 1. c. 5. n. 9 Carpz.
in jurisp. for. p. 1. const. 32. def. 27. Idem obtinet ex ordin. Cam.
Worm. Anno 15 21. facta tit: Wie es in irrung der Possession/ und der
selben Entsetzung halben gehalten werden soll. tit. 32. §. 2. cujus ver-
ba hæc sunt, Und ob sich ja zu Zeiten begeben daß einer hohes und nie-
driges Standes den andern entsetzet / und das mit Recht überwun-
den were / in Sachen die den Fried-Bruch mit belangen / soll der Ent-
setzer / dadurch directum Dominum das Eigenthumb oder Hauptge-
rechtigkeit der Güter / oder Gerechtigkeit / umb die der Streit gewe-
sen / verlohren haben / so aber dieselbige Güter oder Gerechtigkeit gedach-
ten Entsetzer mit ihrẽ Eigenthum nicht zugehören / soll er deren Wehr /
dem Entsetzten nach Ordnung gemeiner Recht zu geben schuldig seyn.
Quod secus est jure Saxonico per text. Land R. l. 3. art. 43. ibi: Was
sich ein Mann &c. Videatur Matth. Coler. decis. 128. n. 2. in fin. & de-
cis. 155. n. 4.

Th. XXVII.

Tertia species privati delicti, est Injuria. Injuria non fieri
potest ex negligentia & culpa, sed semper fit dolo & animo inju-
riandi, l. 34. pr. de O. & A. l. 9. verba infamandi. l. seq. pr. C. de Injur.
Trentl.

Treut. vol. 2. disp. 30. th 5. lit. b. nam sine dolo & animo injuriandi non committitur injuria, l. 3. §. 1. arg. l. 4. de injur. & fam. libell. Sic furiosi, & impuberes qui doli capaces non sunt injuriam facere non possunt, nam hi pati injuriam solent, non facere, cum injuria ex affectu facientis consistat. d. l. 3. §. 1. de injur. & famos. libell. l. 5. C. de injur. Wesenb. ad. tit. de injur. n. 4. Secus autem si sit capax doli, l. 111. in pr. ff. de R. J. ibi: pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi & injuriæ faciendæ, l. 5. §. 2. ad L. Aquil. l. 7. C. de pæn. l. 23. ff. de pæn. §. 18. j. de Obl. quæ ex del nasc. (Quando autem sit proximus pubertati, poterit videre Schn. ad pr. j. de autor. tut. n. 13. Menoch. 2. de A. J. Q. Cas. 57. n. 44. & 45. cenlet committendum esse arbitrio judicis.) Idem de prodigio tradit Treutl. vol. 2. disp. 3. th 6. lit. a. Contrarium tamen verius videtur. Æquiparatur enim tantum furioso, l. 40. de R. J. quatenus se obligat, vel bona sua alienat. Videatur l. 6. de V. O. l. 3. de novat. & de legat. Secus autem in delictis. Furiosus enim ob delictum in furore commissam puniri nequit, l. divus Marcus 14. de offic. presid. Elegans ratio habetur in l. 12. ff. ad L. Corn. de sic. ibi: infans vel furiosus, si hominem occiderint, lege Cornelia non tenentur: cum alterum innocentia consilii tueretur, alterum fati infelicitas excusat. Prodigus verò punitur ut quilibet alius. Menoch. de recup. possess. remed. 9. n. 96. Clarq. 5. sentent. §. fin. q. 60. n. 11. Ex qualibet injuria agi potest vel civiliter, vel criminaliter. §. 10. j. de injur. l. fin. ff. de injur. l. fin. de priv. del. l. fin. de furt. Civiliter, quando is qui injuriâ affectus est, petit sibi æstimationem injuriæ addici. D. Sirauch Disp. 19. aph. 15. Criminaliter, quando injuriatus petit, ream puniri vel in corpore, vel pænâ pecuniariâ. Hodie qui injuriâ affectus est, agit ad palinodiam auff einen Wiederruff/ quæ vulgò dicitur recantatoria, sive reclamatoria quâ actione approbavit Cæ imp. Ord. 2. tit. 28. §. 4 und sonderlich setzen/ordnen/und wollen wir &c. verl. Doch sollen die Sachen injuriarum in denen auff Wiederruff geklagt/auch andere so auff Geld/ aber nicht unter funffzig Gulden / durch den Kläger in seiner Klage æstimiret werden etc. Et Elect. August. p. m. in Novel. lis p. 4 c. 42. §. Nach dem Wir etc. verl. Setzen/ wollen/und ordnen/ daß ein ieglicher/ Wer der auch were/so freventlicher/ vorsetzlicher und muthwilliger Weise/ den andern/ Mann oder Weibs-Personen/ an

Ehren schmähen/lästern/und injuriren: und derhalben Rechtlich beklaget würde/ dem beschwereten und injuricem Theil/ nach befindung der Unschuld/einen öffentlichen Widerruf für Gericht zu thun schuldig seyn soll. Videatur *Gail. 1. Obs. 65. n. 5. Mynsing. 2. Obs. 98. n. 1. Jure Saxon. poena pecuniaria, quae olim erat triginta tantum solidorum. indict. Constit. penitus est sublata & abrogata. Punitur hodie vel carcere, relegatione, vel fustigatione, vel gravi poena pecuniaria. dict. Const. 42.* Th. XXI IX.

Quarta & ultima species maleficii sive delicti privati est damnnum injuria datum sive culpa, h. e. datum cum interitu rei aut corruptione sine lucro damnnum dantis: Damnnum enim injuriâ datum, sine dolo & culpa fieri nequit *l. 5. §. 1. l. 23. §. 9 ff. de L. Aquil.* unde ex *L. Aquila* agi non potest ob accedentem casum fortuitum. *§. 3. 4. 5. j. de L. Aquil. l. 49. §. 1. l. 9. §. 1. l. 29. §. 7. l. 4. §. 1. l. 30. §. pen. l. 31. ad L. Aquil.* sic si navis fune rupto, aut cum à nullo regeretur incurrendo damnnum dederit: cum domino agendum non esse *l. 29. §. 2 d. tit. Harpr. ad §. 13. & seqq. j. d. tit. n. 14. Bacch. ad Treutl. vol. 1. D. 18. th. 5. in fin.* sic qui incendii accedi gratia vicinas aedes intercidit, ad damnnum resarciendum non tenetur, *l. 49. §. 1. ad L. Aquil. l. 3. §. 7. inf. ff. incend. ruin. l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam. Zes. in ff. ad L. Aquil. n. 16. Struv. exerc. 14. th. 21. Coll. Argent. ad tit. de L. Aquil. th. 57.* Semper enim requiritur ut dolus vel culpa interveniat, alias ubi non adest culpa actio *L. Aquilae* locum non habet; sic si furiosus damnnum dederit, an *L. Aquilae* actio sit, & negatur. Ratio: quia, qui suae mentis non est, culpam non admittit. Idem dicendum est, si infans damnnum dederit. Secus autem de impubere, si capax sit injuriae taciendae. *l. 5. §. 2. ad L. Aquil.* It: si servum latronem alicui insidiantem quis occiderit, est securus, scil. si aliter commodè periculum effugere nequeat. Nam adversus periculum naturalis ratio permittit se defendere. Vim enim vi defendere omnes leges, omniaq; jura permittunt. *§. 2 j. §. 1. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. l. 3. de j. & jur.* Modo moderamen inculpatæ tutelæ adhibuerit. *Ludw. Disp. ult. th. 5. lit. d. videatur P. H. D. art. 140. ibi:* So e'ner jemand mit einem tödtlichen Waffnen oder Wehre überlauffe/ansicht/ oder schlägt/ und der Benöthigte kan süglich ohne fährlichkeit oder verlesung seines Leibes/ Lebens/Ehr/ und guten Seemuths nicht

nicht entweichen/der mag sein Leib und Leben ohn alle Straff/durch tins
 Gegenwehre retten. Und so er also dem Verordneter entleibet/ ist es
 darumb nicht schuldig etc. Defensio necessaria qua dicitur, & in
 quibus consistat moderamen inculpatæ tutelæ, vide *Arum. disp. 1.*
ad ff. th. 2. §. 3. Scotan. in exam. jur. p. 310. Gail. 2. obs. no. n. 13.
 Quod enim lege permissente fit, pœnam non meretur, l. 4. C. ad
 L. Jul. de adult. In actione L. Aquilæ venit non tantum dolus
 & consveta negligentia, §. 2. & 3. j. l. 5. §. 1. ad L. Aquil. sed etiam
 minima. l. 44. eod. Multa exempla occurrunt in hoc tit. de negli-
 gentia, ut difficile sit omnia hic adducere. De magna negligenti-
 a subjiciuntur aliquot exempla, in §. 4. §. 6. j. de L. Aquil. Pri-
 mum subjicit, Imperator in §. 4. quando quis in loco minimè con-
 sveto jaculis ludit, transeuntem servum trajecit, negligentia reus
 est. Secus si à milite in eo campo, ubi solitum est exercitari, sit
 admissum. (11.) est in §. 5. eod. in putatore, qui ex arbore dejecto ra-
 mo hominem occiderit, & negligens tuit in proclamatione, l. 31.
Ad L. Aquil. l. 51. d. t. l. 2. ad L. Corn. de sic, id est, si arbores puter
 in viâ publicâ. si verò putatio extra viam facta sit, licet nō procla-
 maverit, est extra culpam, d. §. 5. in fin. ad L. Aquil. III. De magna
 negligentia est in §. 6. j. d. tit. quando medicus, qui servum tuum
 ægrotum secuit, post sectionem factam dereliquit, atque ob id ser-
 vus tuus mortuus est, hoc casu, medicus per negligentiam causam
 mortis præbuit. l. 8. ff. d. t. Aliud exemplum proponitur, de
 negligentia eorum, qui ægrotos negligent & fame perire sinunt,
in const. Elect. p. 4. c. 5. ibi: Die jennigen aber / welche die Krancken zu
 speisen/und derselbigen nicht warren/son ern dieselbigen verschmach-
 ten und Hungers sterben lassen / sollen Willkührlich mit Gefängnis
 oder Verweisungel nach Gelegenheit der Verbrechung gestrafft wer-
 den. *Carpz. p. 4. c. 5. def. 3.* De consveta & minima negligenti-
 a habetur exemplum (1) in §. 7. j. eod. §. l. 7. §. fin. l. 8. in pr. de
 L. Aquil. l. illicitas 6. §. 7. de Off. pres. Si medicus proficitur, se
 medicina peritum, & tamen imperitus sit, perperamque medi-
 camento dando, damnum dederit, tenetur ex L. Aquil. cum o-
 mnino culpa reus sit, qui artificium proficitur, quod non caller.
 l. 9. §. pen. l. 13. §. 5. ff. locat. Modie, si ex medicamento perpe-
 ram dato homo perierit, medicus ex consilio Jctum pro qualita-
 re de-

re delicti, poena arbitraria afficitur. *P. H. G. D. art. 134.* ubi dicitur:
So ein Arz aus Unseiß/oder Ungunst/ und doch unfürsächlich/ iemand
mit seiner Arseney leichtfertig und verwegendlich mißbraucht/ oder sich
ungegründter/ unzulässiger Arseney die ihm nicht geziemet hat / unter-
standen/ und damit einem zum Tod Ursach gegeben/ der soll nach Ge-
fallt und Gelegenheit der Sachen/ und nach Rath der Beständigen ge-
strafft werden. Alterum exemplum proponitur in *§. 8. j. ad L. Aquil.*
de infirmitate : si mulio impetum mularū propter imperitiam re-
tinere non potuerit, & mularū servum tuum oppresserunt, mulio te-
netur *L. Aquilia, l. 8. §. 1. ad L. Aquil.* Idem juris est, si mulio
propter infirmitatem impetum mularum sustinere non potuit,
§. 8. j. d. t. Infirmitas enim culpæ adnumeratur, itemq; imperi-
tia. Nemo debet id affectare, in quo intelligit, vel intelligere
debet, infirmitatem suam alii periculosam futuram, *d. l. 8. §. 1. ad
L. Aquil. l. 36. de R. J.*

Th. XXIX.

De Incendio I. quæritur: si incendium ortum sit negligentia
alicujus, an damnum resarcire teneatur vicinis. si horum aedes in-
cendio isto sint consumptæ & exustæ. Resp. si incendium ortum
sit culpa & negligentia inhabitantium de damno illato *L. Aquil.*
tenentur, e. g. aliquis in stipulam suam, vel spinam comburen-
dæ ejus causa, ignem immiserit, postea à ignis segetem vicini læse-
rit, videndum est, num imperitia ejus, aut negligentia id accide-
rit. Nam si die ventoso id fecit, culpæ reus est, (qui occasionem
præstat, damnum fecisse videtur.) In eodem etiam crimine ver-
satur, qui non observavit, ne ignis longius procederet. Si verò
omnia observavit, quod debuit, licet ulterius evagatus sit, non te-
netur, *l. 30. §. 3. ad L. Aquil.* Aliquando etiam de incendio for-
tuito, si, cum possit vitari, per negligentiam ejus, apud quem ex-
ortum sit, damno vicinis fuit, civiliter exercetur *l. 28. §. 12. vers. nam
fortuita. ff. de pæn. Vinn. lib. 1. quæst. 33.* Regulariter incendium si
casu fortuito exortum fuerit, damnum datum à nemine præstabi-
tur. *l. 23. in fin. de R. J. l. 11. §. 1. ff. locat. l. 1. §. 4. de O. & A. l. 11. de
incend. ruin.* ibi si fortuito, incendium factum, venia indiget. *l. 5.
C. de pigner. act. l. 4. C. d. per. tut. & curat.* II. Quæritur, an Domi-
nus sive paterfamilias ex negligentia familiæ vel domesticorum
de da-

de damno incendio dato teneatur. *Salicet in l. 6. n. 7. C. de pign. alt.*
 Notum est, quòd ob delictum alterius, nemo sit puniendus, pec-
 cata igitur suos tenent autores, *l. 74. d. R. 7. l. 26. ff. de pœn. l. 22.*
C. eod. l. fin. ff. de S&T. Silan. ibi: puniri non debet, qui culpâ caret,
c. non debet 22. & c. sine culpa 23. de R. J in 6. E. neq; dominus pro de-
 licto famuli, vel domesticorum. *Modest. Pistor. part. 2. quest. 89. Jul.*
Clar. in pract. crim quest. 86. vers. hinc infertur. Idque regulari-
 ter verum est, nisi deliquerit circa officium sibi commissum, in
 quo operâ domini servus utitur. *l. 27. §. 9. ad L. Aquil. §. ult. j. de*
obl. que quas. ex delict. nasc. l. 1. princ. junct. §. 5. ff. de publican. aliàs
tenebitur ad restitutionem interesse & damni, l. pen. & ult. ff. naut.
caup. stab. l. 1. ff. ad L. Jul. repetund. §. fin. J. de obl. que ex delict. nasc.
l. 30. §. 3. C. locat. Carpz. part. 4. const. 17. def. 13. Gail. lib. 2. Obs. 21.
n. 6. quæstionem nostram declarat exemplo. Si stabularius
 candelam in stabulo negligenter custodiat, indeque oriatur in-
 cendium, dominus nomine servi est obligatus, quoniam pec-
 cat circa officium sibi commissum. Si verò in alio loco incendi-
 um culpa stabularii factum sit, dominus non obligabitur, quia ex-
 tra officium sibi demandatum stabularius deliquit, *Jacob. Menoch.*
de A. J. Q. lib. 2. cent. 4. cas. 345. n. 3. Confer. Rauchb. p. 2. q. 10. n. 60.
& seqq. vel, si calefactor apud fornacem ignem benè extinxit,
 alius ex domesticis suscitât, & incendio per negligentiam dat
 causam, dominus eorum culpam non præstat. *Rauchb. citat. loc.*
Carpz. p. 4. c. 17. def. 14. Idem etiam pronunciari solet in foro Saxoni-
 co *Carpz. p. 4. const. 43. def. 7.* Teneatur itaq; Dominus de incendio fa-
 ctò negligentia familia, si servos noxios habuerit, Lege Aquilâ, si
 vero servi rugi incuriâ incendium ortû esset, Dominus liberatur si
 servum noxæ dederit, & culpa careat. *l. 27. §. 11. ad L. Aquil.* Quoniam
 verò servitû hodiè est sublata, ideoq; rectius videtur dici quod pa-
 terfamilias ex delicto familia, si incendium negligentia eorum sit
 exortum, haud teneatur, & si illa ipsa persona non habeat in ære,
 ut damnum ex negligentia datû resarciat, verberibus &c. coërcea-
 tur *l. 7. §. 3. de jurisdict. arg. l. 9. de injur. & famos. l. 1. §. 3. de pœn. mo-*
 do eam solertiam custodiæ adhibuerit dominus, quam homines
 diligentes adhibent, si verò planè negligens, in eligendis mini-
 steriis fuit, hoc casu tenebitur. *l. 27. §. 9. & 11. ff. ad L. Aquil.*

E

Jure

280
jure Saxonico dominus ex delicto famuli, quando civilis actio instituitur contra eum convenitur, quatenus eorum merces & salari-um se extendit *Land R. lib. 2. art. 32. & Gloss. Weichb. art. 28. n. 4. & seqq. Matth. Berlich. p. 2. concl. 25. n. 105. Andr. Rauchb. l. 1. q. 10. n. 60. & seqq. n. 67. & 76. Carpz. p. 4. const. 43. def. 7. nisi culpa patrisfamilias s. domini accesserit. Porro immunis est paterfamilias à præstatione damni, si incendium ex negligentia eorum qui cerevisiam coqvunt aut polentum torrefaciunt, quos alii diligentes patresfamilias ad operas istas adhibere solent, in ædibus suis exortum fuit. *Berlich. p. 2. concl. 25. n. 122. Rauchb. p. 2. q. 10. n. 63. & seqq. Carpz. p. 4. c. 17. def. 14.* Qui enim facit, quod alii facere solent non potest esse in culpa, sed excusatus est. *l. 3. de SC. Maced. l. 52. §. 15. ff. de furt.**

Th. XXX.

Restant quasi delicta. Proponuntur in *tit. j. de Obl. quæ quas. ex del. nasc.* quatuor species quasi maleficii sive delicti. Imperitia male judicantis *l. 5. §. 4. ff. de O. & A.* Dejectio vel effusio ex coenaculo facta, *l. 5. §. 5. d. 1.* Positio vel suspensio ejus, quod si ceciderit, nocere potest *l. 5. §. 5. vers. ideo si filius de O. & A.* Damnum in navi caupona datum *d. l. 5. §. ult.* Quasi maleficium dicitur, quando quis sine dolo, culpa tamen aliqua delinquere intelligitur *Excell. Strauch dissert. 19. apb. 16.* Nam si dolus interveniat, esset verum delictum *l. 5. C. de injur.* Negligentia vel imperitia æstimatur vel ex facto nostro vel alieno. *§. 1. & fin. J. de Obl. quæ ex quas. del. nasc. Schn. in pr. dict. tit. n. 3.* Ex facto nostro, si Judex per imprudentiam perperam judicavit, obligatur ex quasi delicto sententia quidem, quæ pronunciavit valet, *l. 65. §. 2. ad SC. Trebell. Vultei. ad pr. j. de Obl. quæ ex quas. del. nasc.* sed Judex litem suam facit, causamq; ejus, secundum quem pronunciat, suscipere cogitur, & quasi suam defendere, damnum parti læsæ datum resarcire. Ratio: quia periculo litis se obstringit *l. 5. §. 4. de O. & A.* & condemnatur in quantum de eare religioni, judicantis æquum videbitur *pr. J. de Obl. quæ ex quas. del. nasc. l. fin. ff. de extr. mord. cognit. Paul. Bus. ad l. 5. de evict. n. 4.* Etiam de expensis à parte petitis, si in sententiâ definitiva ferendâ, non pronütiet, *l. 13. §. 6. C. de judic. ibi: si hoc prætermiserint ipsi de proprio*

086
prio hujusmodi pœnæ subjacebunt. *Rennem. disp. 63. th. 79. lit. D.*
Judex victum victori, in expensas condemnare debet. *Treutl. vol.*
1. Disp. 12. lit. a. Negligentia enim judicis partibus nocere non
debet, *l. pupillus 24. ff. quæ in fraud. credit. Carpz. p. 1. c. 16. def. 3. a-*
liàs Judex de negligentia, quæ absorbet jus partis, ad totum inter-
esse tenetur. l. 19. in fin. C. de testib. Carpz. p. 1. c. 29. def. 24. it. p. 1.
c. 32. def. 2. n. 4. Quin etiam Judex tunc obligatus est referente *Ren-*
nemanno, disp. 63. th. 82. & 84. ad damnum resarciendum, si læsus,
cum potuisset appellare, non appellaverit. *l. 51. pr. de exiēt. l. 10. §. 3.*
de edendo Schulz Synops. ad tit. de Obl. quæ ex quas. del. n. a. Bocer. clas.
4. disp. 17. th. 11. Schn. ad pr. j. de obl. quæ ex quas. del. nasc. n. 11. lit. a. Harpr.
part. 2. disp. ad Inst. 20. adfert. 2. Ludw. ad pr. j. d. tit. n. 9. Vel: si interposi-
tâ appellationem, læs9 suâ negligentia deleruit. At hoc casu si nem-
pè per errorem & imprudentiam malè judicavit, non notatur in-
famia. Ratio: quia caret dolo, imperitia enim adscribitur cul-
pæ *l. 12. de R. J. §. 7. j. de L. Aquil. Perez. n. 1. ad tit. C. de pœn. jud.*
qui mal. jud. Prædicta locum habent, si judex per imperitiam in-
justam sententiam pronunciavit. Secus si dolo, tunc ex verò deli-
cto obligatur. *Franzk. in comm. inst. ad pr. de Obl. quæ ex quas. del.*
nasc. n. 11. aut pecunia corrupt9, vel ambitione & gratiâ ductus ma-
lè judicavit, hoc casu sententia non valet, *l. venales 7. C. quand.*
provoc. non est necess. & Judex notatur infamia. Imo etiam ad ex-
pensas & ad totum interesse partis læsæ tenetur. *l. 15. ff. de Judic. l.*
pen. C. de pœn. judic. qui mal. jud. Perez. d. l. n. 2. Schn. ad pri. j. n. 17.
de Obl. quæ ex quas. del. nasc. & in §. 32. j. de act. n. 3. Jure novel-
larum si judex in causa pecuniaria, dolo malo, & pretio corruptus
injustam sententiam protulit, fit infamis & dignitatem s. cingu-
lum quod habet amittit; & si eo nomine aliquid accepit, ut con-
tra justitiam & æquitatem pronunciaret, damnatur læsæ parti, in
triplum ejus quod datum est, & in duplum ejus quod promissum
est. Si autem sit criminalis accusatio, confiscatis omnibus bo-
nis, in exilium mittitur *avth. novo jure C. de pœn. qui mal. jud. N.*
124. c. 2. Et hæc dicta sunt de judice qui per imprudentiam ma-
lè pronuntiavit. Nunc de judice negligente circa officium su-
um hunc in locum lubet apponere brevissimis verbis. Negli-
gentia unius alteri nociva esse non debet. E. neque judicis negli-

gentia. l. 24. que in fraud credit. Carpz. p. 1 c. 16. def. 3. & si damnum datum resarcire parti læsæ tenetur. Gail. lib. 1. Obs. 28. n. 7. De quam negligentia teneatur Magistratus? Baldus distingvit, num spontè Magistratus officium susceperit, an verò coactus. Priori casu tenetur de minimâ. Posteriori verò tantùm de dolo & magna. Giph. & Anton. Delr. putant & quidem rectius, quòd non tantùm de magnâ & consvetâ teneatur; idq; probant exemplo, tutorum. (Tutor quid præstare teneatur supra expositum est in th. 19.) Nam tutelæ est munus publicum & necessarium, quod etiam invitis imponitur; idem etiam dicendum est, de Magistratu. Sic finis tutelæ est, ut pupillus educetur, defendatur, & moribus informetur, ita etiam Magistratus eligitur propter utilitatem aliorum, non propter utilitatem gerentis. Et hanc sententiam probat etiam Clariss. Dn. Rittersh. ad l. 23. de R. J. c. 13. Aliquando etiam de omni periculo l. 4. ff. de Magistr. convent. (Magistratus in omne periculum succedunt, ad quod scil. ipsi tutores tenentur: Jam verò tutores non tenentur nisi de levi culpa. E. & Magistratus qui propter tutores conveniuntur, non ultrâ levem culpam tenebuntur, ut ita particula OMNIS in l. 4. d. t. sit restringenda ad substratam materiam & universalitas ejus secundum eandem examinanda.) in casu scil. quando pupillus damnum sentiat propter negligentiam tutoris & de non exacta & non idoneâ præstita cautione. Sed & si satis non exegit, si tamen fuerit idoneus & solvendo eo tempore, quo agi poterat tutelæ, sufficit, ut extra periculû sit magistratus quâvis postea facultatibus lapsi sint tutores. vel fidejussores l. 1. §. 11. & 12. ff. de Magistr. convent. non enim debent Magistratus futuros casus & fortunam præstare. d. l. 1. §. 11. ff. de minor. Perez. n. 2. ad tit. de Magistr. conveni. Et si dolo Magistratus fecerunt, ut minus pupillo caveretur, tunc datur actio in solidum, sin verò negligentia, æquius videtur proportionem in quemcunq; eorum actionem dari, dum pupillo res salva sit. l. 7. de Magistr. conveni. l. 45. de adm. & per tut. Si autem tanta fuit negligentia, ut omni satisfactionem & cautionem, quam exigere debuit, omitteret, æquum est haberi eum loco fidejussoris l. 6. de Magistr. convent. imo ab officio eum removeri, si magna ejus sit negligentia l. 3. C. de Off. præf. prat. Orient l. 3. C. de procurat.

errat. Gail. lib. 1. Obs. 28. n. 8. Diligentiam quisq; in officio suo praestare tenetur. l. 14. ff. de Off. pras.

Th. XXXI.

Altera species quasi delicti est dejectio vel effusio §. 1. j. de obl. qua ex quas. del. nasc. l. 5. §. 5. de O. & A. Praetor dat actionem in factum adversus eum, ex cujus coenaculo aliquid effusum vel dejectum est, quod alteri nocuit, l. 1. ff. de his qui effud. vel deject. (publicè enim utile est, sine metu & periculo per itinera commeari, l. 1. §. 1. eod.) scil. si ipse in eadem domo habitet, l. un. ff. furt. adv. naut. caup. Hospes enim non tenetur, sed qui hospitium dederit. l. 1. §. 9. vers. hospes ff. d. t. nam habitator suam, suorumq; culpam praestare debet, l. 6. §. 2. ff. de his qui effud. vel deject. Ille verò, qui condemnatus est, propter hoc, quod hospes, vel alius quis de coenaculo dejecit, habet adversus dejectorem actionem in factum, ut restituat id, quod propter ipsius dejectionem praestare teneatur, l. 5. §. 4. ff. d. t. Regulariter adversus eum, qui inhabitat, datur hæc actio, l. 1. §. 4. ff. d. tit. negligentia enim semper penes habitatorem est, l. 1. §. 4. l. 6. §. 3. ff. b. t. Quid autem, si plures in coenaculo habitent, unde dejectum est, & difficile sit quis fecisset, tunc actio in solidum datur. l. 1. §. 10. l. 2. l. 3. b. t. Si verò plures divisim in una domo habitent, tunc in eum solum datur actio, qui inhabitat eam partem, unde effusum est, l. 5. b. t. Tenetur etiam Dominus, si servus ex negligentia per effusionem vel dejectionem alicui damnum dederit, vel ad æstimationem damni, vel ut eum noxæ dedat. l. 1. ff. b. t. l. 1. de noxal. act. §. 1. j. de Off. jud. Struv. exerc. 14. th. 44. Hæc actio datur in duplam rei æstimate l. 1. pr. b. t. Si autem liber homo perit, damni æstimatio non fit in duplum. Ratio: quia in homine libero nulla fit æstimatio, sed condemnatio fit quinquaginta aureorum l. 1. pr. & §. 5. b. t. Jure Saxonico pro homicidio casuali poena est Wergeld. LandR. lib. 2. art. 38. vers. ober aber schenst oder wirfft. Schulz in Syn. ad tit. j. de Obl. qua ex quas. del. nasc. lit. b. & ad tit. de L. Aquil. lit. g. Secundum ordinationem Crim. art. 146. autem nulla poena constituta est in homicidio casuali ibi: so einer ein ziemlich unverbotten Werck / an einem End oder Ort / da solch Werck zu üben verstatet / und zugelassen / thut / und dadurch / von ungeschickter ganz ungeschälicher Weiß /

687

wieder des Thäters Willen/ietmand entleibet/ derselbe wird in viel Wege/die nicht möglich zubennen sind/entschuldiget. Quando autem in tali homicidio, præcessit culpa, licet sit leuiuscula tamen locum habet pœna Wergeldi. *Carpz. in prax. Crim. p. 1. q. 27. n. 50. 54. & 59. Stephan. in d. art. 146. ver. sane & Hahn. ad Wesenb. n. 27. in tit. ad L. C. de Sicar.* De homicidio culposo & commissio ex lata, leui vel leuora culpa vid. *Carpz. d. loc. n. 33. & 38. Nobiliss. Hahn. ad Wesenb. n. 23. in tit. ad L. C. d. sicar. vid. Coler. de process. execut. p. 2. c. 3. n. 95. & seqq. & Decis. 22. pag. 1.* Quid si corpus liberi hominis læsum fuerit, videatur. *l. 1. in pr. vers. si uiuet. & l. 7. ff. de his qui effud. vel deiecit.* Conferatur *Struv. exerc. 10. th. 31. Wesenb. in ff. ad h. t. n. 5. in fin. Ludw. in §. 2. n. 3. in fin. j. de Obl. que ex quas. del. nasc.*
 Th. XXXII.

Tertia est, quando aliquid negligentia positum est, aut suspensum, quod potest, si ceciderit, alicui nocere §. 1. j. h. t. l. 5. §. 12. ff. de his qui effud. vel deiecit. l. 5. §. 5. vers. cui similis ff. de O. & A. Pœna huius edicti est centum solidorum l. 5. §. 6. de his qui effud. etiamsi damnum nondum sit secutum. l. 5. §. u. d. t. ibi nec spectamus ut noceat: sed omninò, si nocere possit, edicto locus sit. Coercetur autem, qui positum habuit: siue nocuit id, quod positum erat, siue non nocuit. Quoniam publicas vias esse securas, & omni metu periculi liberas, cuiusvis interest. *Wesenb. in ff. ad tit. de his qui effud. vel deiecit. n. fin.* Quænam actio competat in eum, si damnum dederit, id, quod suppositum erat. Vid. *Struv. exerc. 10. th. 40.*

Th. XXXIII.

Paucis nunc ultimam speciem quasi maleficii perstringemus, quæ est damnum caupona navi aut stabulo datum. Et hi tenentur ex quasi maleficio, si res in caupona vel in navi, vel stabulo sit amissa, modo incauponam vel in navem sint missæ, licet non sint adsignatæ l. 1. §. ult. ff. naut. caup. stab. siue ex furto siue negligentia eorum, quorum opera navem exercent §. 3. j. de obl. que ex quas. del. nasc. id factum est. Ratio: quia aliquatenus culpæ reus est, qui opera malorum hominum utitur, d. §. 3. j. Secus autem, si ipse caupo, vel excitor navis, vel stabularius furtum faciunt, tunc datur aduersus eos actio ex proprio & verò delicto. d. §. 3. l. 5. §. 6. de O. & A.

O. S. A. Schn. ad §. 3. m. 1. de Obl. qua ex quas. del. nasc. Hac dicta sunt intelligenda I. de eo qui profitetur cauponariam, quiq; lucrari causa homines receperit, l. 1. §. 7. de exerc. act. Secus se res habet qui non est caupo sed qui ex lege hospitalitatis aliquem sponte vel coactus scil. jussu Magistratus receperit. Franzk. in comm. j. ad §. 3. de obl. qua ex quas. del. nasc. n. 2. II. Hoc procedit, si caupone sciente ac volente, etiam ignorante res in domum suam immissa fuerit, & nihil interest, sive ipse receperit, sive parpositus, sive alius, cui specialiter à Domino mandatum est; Si verò res aliqua in scio caupone commissa custodiae familiae, aut mesonatae, vel mediastrini, l. 1. §. 2. 3. ff. naut. caup. stab. perditâ re, stabularius vel caupo non tenetur, l. 3. §. 3. d. tit. Wesenb. ad h. tit. n. 5. Habn. ad: Wesenb. in h. t. n. 5. Carpz. p. 2. c. 26. def. 11 Struv. exerc. 8. th. 110. III. Dicta procedunt, si non praedixerit, ut unusquisq; hospitem res suas servet, si autem praedixerit, ut unusquisq; hospitem res suas ipse custodiat, neq; damnum rerum amissarum velle praestare, & hospites consenserint, non convenitur. l. 7. pr. vers. item si ff. naut. caup. stab. Wesenb. in h. tit. n. 5. Tenebitur ergo caupo praestare ratione officii minimam negligentiam l. 3. §. 1. d. tit. & custodiam, l. 5. in pr. b. etiam si careat dolo & culpa, nisi quid vi fatali aut majori contigerit, l. 3. §. 1. b. Wesenb. d. loc. Franzk. in com. j. ad §. 3. de obl. qua ex quas. del. nasc. n. 11. Struv. exerc. 8. th. 111. non solum etiam ex suo facto, sed omnium omnino, qui in caupona habitant vel diversantur. l. 1. §. fin. l. 2. l. 3. ff. b. t. Wesenb. d. loc. n. 5. scil. in simplum & ex prima parte de recepto hujus edicti. Ex alterâ parte edicti & ex quasi delicto datur in duplum, & saltem damnum servorum & familiae suae, non verò viatorum & hospitum datum praestat. l. 6. §. 3. l. 7. §. 4. ff. b. t. Struv. d. exerc. th. 115. Wesenb. ad h. tit. n. 9. Placuit non sine causa praedictum illud in p. 2. C. 26. def. 10. à Magnif. Carpz. propositum, subscribere. Habe
ihr bey einem Wirth im Gasthoffe/darinnen ihr unterschiedliche geherberget/ etliche Sachen verlohren/welche euch theils von andern / so erbeherberget / theils von seinem eigenen Gesinde genommen / und entfrembdet worden. Da nun berührter Wirth/das ihr solche Sachen zu ihm bracht / und dieselbige bey ihm gestohlen worden / solches auch durch seine negligenz und Verwahrlosung geschehen / geständig/ oder
ihr.

173.
ihre solches wie recht erweisen und darthun köntet etc. So were er
euch die verlohrene Sachen wieder zuschaffen/ oder dem rechten Wehre
nach zu bezahlen schuldig. B. R. W. Restant quidem, benevole
Lector, multæ materiæ quæ sub titulum negligentiæ referri possent,
ut de negligentia Studiosorum, an privilegiis gaudeant. Vid.
Ludw. exerc. 1. th. 2. lit. D. Schn. ad §. 15. j. de excusat. tut. n. 6. it.
si maritus patiatur uxorem delinquere propter negligentiam, an
teneatur, vid. l. 29. §. 4. ad L. jul. de adult. item: an mortuo colo-
no amittatur possessio, quam si Dominus negligat adipisci, & a-
lius eandem sit ingressus vid. l. 40. §. 4. de acquir. poss. it: de ne-
gligentia usufructuarii, an amittat usufructum. vid. l. 20. ff. quib.
mod. usufr. it: de negligentia prælatorum, quibus casibus supple-
atur, & quam pœnam patiatur tot tit. x' de supplenda negligentia præ-
lat. Hostiens. adh. tit. Vid. Card. Tursch. Tom. 5. Conclus. 34.
& 35. pag. 515. it: An tutor fiat infamis, si inventarium
neglexerit. Vid. l. 7. de adm. tut. l. 24. C. eod. l. ult. C. arbitr. tut.
Mynsing. cent. 6. obs. 39. Harpr. ad pr. j. de legit. agnat. tut. Tom. 1. n. 7.
it: An mater si impuberibus liberis tutores non petierit & negle-
xerit, à successione, si liberi illi impuberes decesserint, repellatur.
§. 6. j. ad SC. Tertyll. l. 2. §. 1. ff. qui pet. tut. l. 10. C. de legit. hered.
l. 3. & l. 6. C. ad SC. Tertyll. it: An avia vid. l. 2. §. 28. ff. ad SC. Tertyll.
Ludw. ad §. 6. j. d. tit. it: an agnati, qui proximè successionem
sperant. l. 10. C. de legit. hered. Ludw. cit. loc. it: An iudex propter
negligentiam, conscius sceleris puniatur l. 2. C. in fin. de commer.
& mercat. it: Si studiosus injuriam ab aliquo, vel ob alterius da-
mnum passus sit, & Magistratus hoc vindicare neglexerint, an no-
tentur infamiâ, & dignitate priventur vid. avth. habita C. ne fil. pro
patr. Denique & de negligentia s. culpa circa crimina hic dis-
quiri posset, an nempe is qui non habuit animum & consequenter
dolum occidendi ordinariè debeat puniri. Videatur Nobiliss.
Carpz. part. 1. q. 1. n. 16. & 17. n. 62. 67. it: an ea quæ infantem exposuit.
Carpz. prax. crim. p. 1. q. 10. n. 10. & 11. Boekel. disquis. Publ. de Publ.
jud. disquis. 7. n. 7. & 8. vid. P. S. D. art. 132. Hahn. ad Wesenb. n. 14.
in tit. ad L. C. de sicar. & animus erat has elaborare sed ob tempo-
poris penuriam & varia negotia in effectum deduci
haud potuerunt. Esto igitur hic Ter-
minus.


Corol-

ULB Halle 3
005 122 49X



V.17





rage
Kün
rlich
nien
an/e
n G
nmer
erer e
f.
dach
sch
lgeth
unst/
/der
per
Rach



B.I.G.

Farbkarte #13

1662.257669.

DISSERTATIO JURIDICA

8/

De NEGLIGENTIA,

Quam
Consensu & Autoritate Magnifici Jctorum
Ordinis in Academia VVittebergenfi
Præside

Viro Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atq; Excellentissimo


DN. CHRISTIANO KLENGELIO
J. U. D. ac Professore Publico celeberrimo, Curia Ele-
ctoralis Consistorii Ecclesiastici Scabinatus, &
Facultatis Juridicæ Adessore
Gravissimo,

Dn. Præceptore, Promotore ac Patrono suo
plurimum Observando,
Publicæ Eruditorum Disquisitioni offert

CHRISTIANUS ERSCHELIUS,
Hall. Saxo.

A. & R.

Ad diem Aprill.



WITTEBERGÆ,

Ex officinâ Typograph. MICHAELIS Wendt.
Anno M. DC. LXII.

